

1177

1994
A
1386





DISSERTATIO IVRIDICA,
DE SVCCESIONIBVS
ANOMALIS,

SERENISSIMI PRINCIPIS
WOLFGANGI GVILIELMI
COMITIS PALATINI RHENI, BAVARIAE,
Iuliae, Cliviae, & Montium Ducis, &c. haereditaria Suc-
cessionem Iuliacensem concernentia Iura
in Epitome complectens,

QVAM

D. O. M. Auspice, Magna & ter admirabili Matre
MARIA Superisq; caelestis Curiae Ciuibus
fauentibus,

SVB PRÆSIDIO

Clariss. & Consultissimorum Virorum ac DD.

Dn. PETRI OSTERMANNI, V. I. Doctoris, &
Dn. ARNOLDI MAES, SS. LL. Licentiati,
respectiuè Dictatoris & Fisci.

*In Florentissima perantiqua Agrippinatum Agraasi, publico
exercitio defendendam proposuit*

Wolfgangus Michael Silbermann/Neoburgico Pala-
tinus ad Istrum, AA. LL. Magister & I. V. Stud.

Ad diem S. VVolffango sacrum prid. Kal. Nouemb. An. 1629.



COLONIAE AGRIPPINÆ,

Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DN. WOLFGANGO
GVILIELMO COMITI
PALATINO RHENI, BAVARIAE, IULIAE,
CLIVIAE, ET MONTIVM DVCI, COMITI
Veldentiae, Sponheimij, Marchiae, Rauenspurgi, &
Moersae, Domino in Rauenstein, &c.

Principi Meoœnati suo clementissimo.



Vinquennium est, Serenissime Princeps, à quo decurso Stagyritæ cursu, vltimâq; Philosophiæ in celeberrima Catholica & Electorali Ingolstadiensium Vniuersitate apprênsa Laureâ, bonis vt ominor, quia serenit. Sua auspicijs, sacra Th. midos militiæ nomen dedi, quo toto tempore, ea me diu noctuq; cura exercuit, vt Principi meo pro animi viribus, qualibuscunq; tandem & quantumuis leuidensibus infimisq; seruitijs præsto esse vel ideo contenderem, quòd tanto, dicam toto studiorum meorum sedecim omnino annorum, dicam omni vitæ meæ, tempore, perpetua in me, meosq; insignia & plusquam paterna Beneficia, pro innata Sua Bonitate indefinenter cõferendo serenit. Sua se clementissimè exerceret; A quo enim Ea è sacro fonte Patenter indignissimo mihi existere non dedignabatur, tanto me semper fauore clementissimè prosequi dignata est vt an tot, tantaq; accepisse Beneficia, fato meo, vel voto serenit. Sua contigerit nesciam, hoc scio, quòd, si cuncta recenserem, superbire, ingratus si tacerem, non immerito videri possem; dicam tamen paucis omnia, & meam Parentibus primam, serenit. Sua alteram accepisse vitam, in acceptis referam. Hinc est, dum exteras nationes visitaturus cū Generoso Dn. Ioanne Ludouico L. Barone in Grafenegg Iuniore, qui via cemitem & studiorum moderatorem sibi me quamuis imparem adsciuit, nescio qua sorte in Electoralem Coloniensem Aulam primò delaberer, quòd, ne aulico præpeditus strepitu studiorum meorum iacturam paterer, Aulâ tantisper excedens in Coloniensium Antiquissima Vniuersitate, hanc quasi per otium Dissertationem Iuridicam prælo, & publico prælio, exercitij gratia subijcerem, quam quidem serenit. Sua me adscribere debuisse nemo, illud sanè me indignum voluisse, quis mirabitur: Comprehendit ea sex Anomala successionis species, & eas quidem quæ serenit. Sua in successione Iuliacensi, Iura omnia sanè Iure Eidem competentia, comprehendunt. Enimuero, dum quorumuis

);(2

ad

EPISTOLA DEDICATORIA.

ad hos eximios Ducatus Ius quoddam pretendendum fundamenta (quantum quidem iuueni, & harum rerum minus perito mihi conijcere licuit) penitus considero, Augustissimum quidem Imperatorem quasi exclusa semel per masculinum foemina & perpetuo exclusa manente, Feudum Imperio apertum fuerit, Foeminarum in Feudis successione se tueri perspicio. Quo in Iuris puncto, fateor, controverso, sicut & in Privilegiorum Casareorum tenore, Elector, & Principes Saxonia Vim Iuris praetensi constituunt. Elector sane Brandeburgicus Ius primogeniturae, Pacta dotalia, Renunciationesq; pro se multo maxime pugnare contendit. Reliqua Serenit. Suae Materterae quasi eodem primogeniturae Iure in secundogeniturae, cessante, nec non Privilegio Unionis, quantumvis frustra infirmando, Ius quoddam pretendere posse videntur; quae omnia in huius Dissertationis Epitomen contrahere volui, non ut quae scire, sed quae scire perquam cuperem, ostenderem. Ceterum veniam precor Clementissime Princeps, quod tanquam anser inter Olores de tam altis, in quibus diuturno usu, rerumq; gravissimarum experientiam exercitissima, cana senectute magnaq; prudentiam clarissima, inq; Iurisprudenciae Palaestra emeritissima propere defatigata sunt ingenia, iuuenis ego, quam ingenij felicitate, quam iudicij maturitate, rerumq; variarum ad haec tam sublimia Imperij Feuda, plusquam necessariam destitutus peritiam somniare, non dicam publice disputare ausus sim: & merebor sane si

Cum defunt Vires, tamen est laudanda voluntas, quam Serenitas Suae serena fronte suscipere, & has studiorum meorum Legalium primitias Clementi Manu suscipere, nec non a Critica Zoilorum emulatione, quia Ius Serenit. Suae pro viribus tueri saltem conantur, defendere dignetur. Faxit Numen prepotens, ut Seren. Suae cum Sereniss. Iunioris Principe, Exemplo ac prototypo Principum Iuuenum Illustrissimo, diu Patria, mihi, meisq; sospes, tandem non Anomala quadam, sed ab aeterno praevisa, & humano generi clementissime concessa, caroq; reparata Successione, qua haeredes DEI, cohæredes autem Christi sumus, ad aethereas illas Beatarum Mentium sedes, perennatura felicitate concedat. Ita voueo. Colonia Agrippinae die S. Antistiti VVolffgango sacro prid. Nouemb. Anno Incarnati Verbi. M. D. C. XXIX.

Serenit. Suae

Humillimus cliens

M. Wolffgangus Michael
Silbermann/I. V. Stud.

PRÆ-

PRÆFATIO



Successionis Anomalæ, foro tritam, receptis-
simoque totius ferè Orbis Vsu celebrem Ma-
teriam aggressurus, operæ pretium mihi fa-
cturus videor, si methodi meæ rationē prius
paucis exponam. Quamvis igitur successio-
nis Anomalæ species plures à Doctoribus cir-
cumferantur, ego tamē sex potissimas in præsentiarum pro
Materiæ quidem amplitudine, & dignitate paucis, dispicien-
das mihi proposui, quarum primæ duæ, vt plurimum Viros,
tertia & quarta, Fœminas Principes & Illustres, concernunt,
quinta autem & sexta, vtrique sexui ferè sunt communes,
atque sic quinque capitibus totam dissertationem compre-
hendam. Et I. quidem capite successionis Anomalæ ge-
neralia quædam præmittam. II. Ius primogenituræ,
nec non Pactum successorium Illustrium Familiarum, seu
Confraternitatem, III. Renuntiationem Filiarum, Fœ-
minarumque in Feudis successionem, IV. Pacta Dotalia
vna, cum Vnione Prolium dispiciam.

Et quia Serenissimi Principis V Volfgangi Guilielmi,
Comitis Palatini Rheni, Bauariæ, Iulix, Cliuix, & Montium
Ducis &c. Principis Mecænatis mei Clementissimi, potissi-
ma Iura, successionem Iuliacensem concernentia, in ha-
rum successionum quæstionibus consistunt, ideo V. ca-
pite rationibus nonnullis, ex præcedentibus thesibus, de-
ductis, ea Iura contrà quosuis, Ius quoddam ad dictam suc-
cessionem prætendentes, in Epitomen contraham, & sic, sal-
uo tamen Vniuscuiusque melius sentientis Iudicio, præ-
memorato Optimo Principi, nec cuiquam alteri successio-
nem Iuliacensem &c. competere, eoque dissertationē meam
ad D E I Viui, Magnæ & Admirabilis Matris Mariæ, totius
Cœlestis Curix, nec non eiusdem Ser^{mi}. Principis gloriam,
concludam,

A

DISSE-



DISSERTATIO IURIDICA CAPVT I.

De Successione Anomalâ in Genere.

THESIS PRIMA.

ET si omnis ea, quæ à Ratione, accuratiùs tractanda suscipitur disputa-
tio, suum à Definitione initium sumere debeat, huic tamen notionem
nominis præmittere rationi perquam consentaneum, quia necessariû
est: Si enim *Proculo teste. L. nominis. 4. ff. de V. S.* nominis appellatione
res significatur, ignorato certè nomine ipsam rem quoq; significatam igno-
rari necessum est. *arg. L. 1. ff. de Inst. & Iure. L. 1. ff. de Rebus Cred.* Quare
cùm successio, quæ in genere, est quæuis in alterius locum concessio. *Ioann.
Stuck. Exercit. Iustin. part. 1. decad. 8. assert. 1.* tanquam Vocabulum $\pi\rho\sigma\lambda\upsilon\sigma\epsilon\mu\omicron\nu$. *Vasq; de success. creat. in præfat. n. 5. Forster. Sent. lib. 1. c. 1* in Iu-
re non vno modo accipiatur, de omnibus tamen eiusdem acceptionibus,
præsentī dissertatione, differere animus nō sit, idcirco trifariam potissimū
in Iure inuicem succedi, præfari placuit.

2. Succedimus igitur, vel, tam viuens, quàm defuncto, velur in officio
& dignitate, occasione, scilicet, Resignationis, vt vocant, subindè liberæ *de
quâ Ext. de Renunciat.* nonnunquàm verò inuoluntariæ, cum causa tamen,
ab officio & dignitate depositionis. *arg. cap. 1. ext. de iud. c. cum dilecti. c.
inquisitionis ext. de accusat.* regulariter tamen mortis naturalis. *arg. tot.
tit. ext. de concess. præbend. & Ecclesia non vacantis.* Vel etiam succedimus
viuenti, in rebus tum vniuersalibus, tum singularibus, titulo tamē singula-
ri, sic emptor, donatarius, vendenti, & donanti succedunt & hinc singu-
lares eorundem successores dicuntur. *Schneid. in S. de Specieb. præscript. n.
63. ad tit. Instit. de Vsucap. & long. temp. præscript.* vel denique succedi-
mus defuncto in vniuersum eiusdem Ius. *arg. L. hereditas. 62. ff. de R. I. de
quâ postremâ successione hic agendum mihi duxi.*

3. Successio tertio hoc modo in genere subalterno accepta nihil aliud
est quàm In vniuersum Ius quod defunctus habuit, legitima concessio,
arg. d. L. hereditas. L. 128. ff. de R. I. legitimâ voco vel Iure communi, statu-
tario vel Vsuali receptam. *arg. S. constat autem instit. de I. N. G. & C. L. de
quibus. 32. cum similibus ff. de LE.*

4. Estque vel Regularis, quæ scilicet regulariter, aut ex Testamento, aut
ab intestato. Legibus 12. Tab. Iure communi, vel etiam honorario, seu præ-
torio defertur, vel Irregularis, quæ nullo horum Iure competit, sed ab v-
troque exorbitat. *Barthol. Musculus. de success. conuent. & Anomala. class 1.
Ioann. Stuck. exercit. Iust. decad. 8. assert. 10.* ego relicta successione regu-
lari, Anomalam seu Irregularem paulò enucleatiùs dispiciam.

5. Vt

5. Vt tamen Exceptioni regulam: vti par est, præmittam: Regula sit, omnē successione, vel per testamentū, vel ab intestato, regulariter, deferri. *S. fin. instit. per quās person. nobis acquiritur. V V esemb. parat. ff. de Testam. n. 2.* dico regulariter: fallit namque in Irregularib. & Anomalis successione. de quibus hīc.

6. Est autem Anomala successio, A regulari Iure Ciuili, & Fudali, per speciale personarū pactum, aut locorum consuetudines, exorbitans, Naturam vltimarum voluntatum participans successio. *Barthol. Musc. d. loco concl. 1. classe. 1.* quā definitionem cum non parū suspectam reddāt Verba per speciale personarum pactum, grauique à DD. agitatae quæstioni ansam præbeant, seqq. thes. aliquot examinabo.

7. Ergone pactis hæreditatem deferri, conseruari, repudiariuè posse affirmem? & neque pacta contra bonos mores, tot Iuribus *L. pacta qua cōtra. 6. Cod. de pact. L. si vnus 27. S. pacta que turpem ff. eod. cum similib. & vulgat. plurib.* prohibita, neque occasionem captandæ mortis, tot Legibus *L. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O. L. pactum dotali. l. fin. Cod. de pactis. L. pactum Cod. de collat. pluribusque alijs quas congesit. Ant. Cont. in tract. suo de pactis futur. success.* præreptam reformidem? Affirmo, nec reformido, sed explico: de hæreditate defuncti iam delatā pactum subsistere, argumento sunt. *toti tit. ff. & Cod. de hæreditate vel act. vend. & DD. ibid.* nec altiori opus est indagine.

8. De deferendā, & viuentis adhuc quid? distinguo. fit namque pactum, aut de hæreditate tertij scientis, consentiētis, vsque ad extremum vitæ spiritum in eādē sententiā perseuerantis, & subsistit. Ratio est: quod per cōsensū eius, de cuius hæreditate agitur, omnis turpitudine purgetur, omnisq; Voto captandæ Mortis Via præcidatur. *tex. apertissimus in L. fin. Cod. de pact. & DD. ibid. Hartmannus Pistorius lib. 4. q. 1. n. 29.*

9. Aut fit de tertij, viuentis, ignorantis, nec consentientis hæreditate: & secūs est. Pugnante omnia Iura. *sup. th. 7. allata, & à DD. ib. allegari solita, maximè sape d. L. Fin. Cod. de pactis.* adeo quidem vt pactum eiusmodi etiam iuramento vallatum nullo pacto, nullo Iure subsistat. *Canonista communiter ad cap. quamuis de pact. in 6.* hoc siquidem est, quod dicitur bonis moribus aduersari, votumque captandæ mortis inducere:

10. Aut denique fit de propria ipsorummet paciscentium successione. Et etsi totas Legum, rationum, & distinctionū Myriades à Doctoribus cōglomerari non ignorē, quibus pacta de successione certis casibus, de Iure cōmuni infirment, certisq; & quidem paucis, subsistentiam eorum cancellis includant, attamen notissimā Germaniæ totius, nec non aliarum Prouinciæ consuetudine, pacta successoria longè facilius sustineri constat. *Pistor. lib. 4. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. plurimique alijs Didac. Couar. ad d. c. quamuis.*

11. Quis autem non modo Germaniæ totius. *Bartholomæus Musculus de success. conuent. & anom. class. 1. memb. 2. & 4. lit. B.* sed & Galliæ. *Tyraq.*

de Iure primogenitura. q. 7. n. 7. Curt. in tr. suo de pact. futur. success. ad L. pactum Cod. de pactis. aliarumq; Prouinciarum, non minus receptis iam, quàm summè rationabilem consuetudinem, damnare, & corruptelè magis, quàm legitimæ consuetudinis notâ insignire, quantumuis temerarius audeat?

12. Enim verò cùm in quibusdam Personarum qualitas, in alijs Magistratus authoritas, in nonnullis certa adhiberi solita solennitas, tum Votum captandæ mortis eliminat, tum morum turpitudinem purget, ipsaq; Reipublicæ insignis Vtilitas, Illustrissimarū Familiarum earumq; splendoris conseruatio, fraterni sanguinis, nec non maritalis affectionis conciliatio, rationabilem demonstrat, inueteratâ horum pactorum consuetudinem quæ Iuris ratio vetet? *arg. L. diuturna. 33. L. sed & ea. ff. de Leg. b. S. constat autem §. sine scripto. instit. de I. N. G. & C. c. 10. & 11. ext. de co. suet. cum similibus.*

13. Accedunt non rara in Romano Imperio Summi Tribunalis præiudicia, & Illustrissimarum Familiarum exempla, quæ omnia hic referre longum, & damnare plusquàm temerarium foret. *Andr. Gail. obs. 147. lib. 2. n. 2. Myns. 2. obs. 2. Andr. Gilman. fol. 1. Symphorem. p. 3. not. 6. n. 136. Musculus. d. l. memb. 2. concl. 4. lit. B. ita vt vltius quærere, an pacta successoria, moderno Iure Vsuali Germaniæ, valeant, superfluum iudicem.*

14. An autem huiusmodi pacta, vltimarum Voluntatum, vt scilicet ad extremum vsque spiritum ambulatoria sint, atque pro libitu retractari queant? iuxta *L. 4. ff. de Adim. vel transfer. leg. vel magis contractuum, in quibus quod semel placuit, amplius displicere non potest. cap. quod semel. de R. 1. in 6. Vim atque efficaciam habeant? inter DD. non conuenit. Affirmant alii primum, Vvesemb. par. ff. de pactis dotal. num. 4. & consil. 71. num. 24. Petrus Heig. alij & c. alij secundum, Andr. Gail. obs. lib. 2. obs. 162. Borch. Frid. Myns. Boer Paulus de Castro & c. alij distinguunt, per ea quæ tradit Berlich. conclus. practicab. part. 1. concl. 51. de pactis dotalibus n. 25. Ego, retractari non posse, rectius obtinere, arbitror. Blan. in L. pro hereditarijs 2. Cod. de her. action. n. 17. Ratio est, quòd, si eiusmodi pacta immutabilia non seruentur, sed pro libitu retractari, mutari, inque præiudicium alterius paciscentium minui permitterentur, id, quòd in tantū Reipublicæ fauorem, contra Ius commune Ciuile moribus introductum, est, in eiusdè odiū retorqueretur, & quòd vnâ Viâ concessum est, altera rursus impediretur. quòd vtrumque per vulgata Iuris Axiomata fieri non debet.*

15. Non refragatur, quòd in definitione successione Anomalæ dixi, eam naturam vltimarum voluntatum participare. Illud namque in eò potissimum obtinet, quòd post mortem eius, de cuius hæreditate pactum inicitur, non quidem subsistentiam, & validitatem, sed effectum duntaxat sortiatur, quòd ex eo patet, quòd paciscentes non in viuis inuicem, sed demùm post mortem succedere, interim tamen irreuocabile pactum faciat, cum nemini liceat

ni liceat contra datam fidē, & bonos mores, a terum tantoperē circumue-
nire, cumque alterius iacturā locupletari *L. Iure. 206. ff. de R. I.*

16. Inde & ea dubitatio enodari poterit, quotnam testium præsentia, ad
huiusmodi pacta opus sit? etenim, cum vltimarum voluntatum naturam:
nec in hoc participant, quod quinque ad minimum testes, vt in quavis vl-
tima voluntate. *L. fin. Cod. de Testam.* adhiberi debeant, ideo duorum, vel
etiam testimonio probari autumo, nisi certis solennitatibus, coram Magi-
stratu, aut familiaribus, fieri debere, statuta locorū ve' consuetudines aliud
iubeant, certumque numerum, certorum test. um requirant.

17. Hactenus dicta, generalia successionis Anomalæ concernunt, quid
de specialioribus? Comprehēdit ea tam Veteris quā moderni Iuris species
quædam, & ne quid antiquitatis ignoretur, de prioribus quarum potissi-
mum quatuor sunt pauca præmittō. I. species Iuris Veteris est Acquisitio
per Arrogationem. *de quâ instit. de acquirit. per arrogat.* dum arrogator bo-
norum aduentitiorum Vsumfructum arrogati, dum viuit, quo post puber-
tatem mortuo, dominium totum acquirit. *d. l. Joann. Stuk. exercit. Inst. de-
cad. 8. conclus. II.* II. per bonorum Venditiones successio quæ scilicet a cre-
ditoribus, debitorum bona emendo, per multas ambages fiebat, at cum ea,
Iure Institutionum. *rubr. & princ. instit. de suc. ess. sublat.* antiquata sit, in ea
nō detinebor III. Addictio Bonorum libertatis causa. & IV deniq; suc-
essio ex Scto. Claudiano, quarum cum vtraque, sublatā in Christianitate ser-
uili conditione, nullius, aut exiguæ utilitatis sit, relictis ijs ad Iuris mo-
derni Vsuales ac statutarij species Transeo.

C A P V T II.

De Iure primogenitura, & Confraternitate.

18. **V**Ti varia sunt Illustrium Familiarum pacta successoria, eò tamen
ferē omnia tendentia, vt vigor, splendorq; familiarum, pax & trā-
quillitas reipublice, seruetur, augeatur, ita primum inter ea locum sibi vē-
dicat, tanquā vetustissimū, Veteri etiam testamento cognitum *Gen. 27.*
Exod. 11. Deut. 21. 2. Reg. 13. Zachar. 12. 2. Paralip. 21. omnibusque ferē Gē-
tibus obseruatum. *Tyraquell. de Iure primogenit. Couar. var. resolut. Lib. 5.*
c. 1. n. 4. Ius primogenij, Sacri Romani Imperij. *Carol. 4. Imper. in Aurea*
Bull. 11. 7. & 21. Dom. Arum. discurs. 6. ad Auream Bullam. nec non Ca-
tholicissimi Hispaniarum *Rodericus Suar. in disput. quest. de Iure Maioratus*
& Christianissimi Galliarum Regis, *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. Iuris v-
niu. Lib. 41. c. 7. n. 1.* exemplis clarissimum.

19. Et licet accusatores Naturæ existimari possint ij, qui vel sexus, vel
prioritatis in natiuitate, differentiam, faciunt, atque vnum alteri præferūt.
L. maximum Vitium. Cod. de Liberis præterit. cum in hominum procreatio-
ne simili officio vterque sexus fungatur, *arg. S. sed hæc quidem 5. instit. de*

ex hered. liberorum. Votumque parentum commune sit, omnibus acquirere, *L. cum ratio ff. de bonis damnat. L. scripto. Cod. vnde liberi nihilo tamen minus, ob Reipublicæ Vtilitatem, & tranquillitatem, hoc exigentem, Carolus IV. Rom. Imp. Augustissimus, vt salubris semper Vnio, inter sacri Rom. Imperij Principes Electores, iugiter uigeat, neque inter eorundem Principum secularium Electorum filios, super successione, dissensionum Materia suscitetur, communi totius Imperij statuum, vnanimiq; consensu, Ius primogenij, in eorundem filiorum successione, introduxit. Suldine Bull zu Nürnberg Anno 1356. tit. 7. & 24. quod commune Imperij statutum pactis quoque, præsertim dotalibus, nonnullæ Illustres Familiæ imitari assolent, quâuis inter priuatas personas, absq; statuto, vel consuetudine, huiusmodi pacta non admiserim. Tyraquell. de Iure primog. q. 6. n. 16. & multis seqq.*

20. Est autem Ius primogenituræ Ius, quo primogenitus in bona patris vel omnia, vel certam eorum partem succedit, statuto vel pacto datû: & quâuis cum Maioria, seu Maioricatu in pluribus conueniat, Maioratû tamen Genus, ad primogenituram & Maioratû in speciè, à Iure primogenituræ multum differentem, rectius pro veritate eruenda, constitui opinor, ad similitudinem Adoptionis in specie, & Arrogationis. §. 1. *Instit. de Adopt.* Maioricatus siquidem in genere, est, quoduis Ius, quo Maior ad successionem vocatur, siue primogenitus sit, siue Maior de familia. Ius verò primogenij ad primogenitum duntaxat defertur, etsi patruus maior sit in familia; Maioratus in specie, est Ius fideicommissio, aut pacto, quæsitum, quo ad familiæ conseruationem, maior de agnatione, *Der Blisse des Nahmens vnd Stammens/ Schildt vnd Helms* ad certorum honorum, & castrorum successionem, certis datis conditionibus, vocatur.

21. Quia autem cognito, quis primogenitus sit, ipsû Ius quoque Primogenituræ magis cognoscitur, de primogenito videamus, de quo quæritur, Anne is qui Patri ante dignitatè, vel in dignitate constituto, natus est, primogenitus dicatur? Ego referre non censeo *per L. senatoris. 5. ff. de senator. l. 2. § 3. ff. de Decurionib. l. moris. 9. §. parentes. ff. de pœnis.* Tyraquell. de Iure primog. 4. 31. *Paulus Christinaus in decisionibus Curia Belgicæ decis. 366. n. 21. & 22. dummodo legitimus. Suldine Bull tit. 7. ibi So soll dann desselbè recht/ Sitt/ vnd Gewalt/ derselben wahl gefallen/ auff seinen Erstgeborenen Sohn/ der ein recht Ehe Kindt/ vnd ein Lay ist. sit, & habilis; Enimuerò si in habilis sit ab initio, secundogenitum admitti, textus est in d. Aurea Bulla. tit. 24. §. Darumb wöllen wir ibi Es seye dann/ daß er seiner Sitt beraubt/ ein Narr worden/ oder eins anderen mercklichen gebrechen seye/ von deswegen er den leuthen nicht vorstehen/ vnd herschen möge. & statim. inf. So soll der ander geborne Sohn nachkommen sein. per l. vt gradatim. §. 1. ff. de munerib. & honoribus §. mutus. tit. Episcop. vel Abbat. in Vsb. feud. quod si ex accidenti post susceptum E. G. regimen, inabilitas aut ineptitudo superueniat, Curatorem aut Administratorem seu Coadiutorem ei adiungi rationabilius duco: *arg. d. Bulla tit. 7.**

22. In testatoralibus certè successiõibus vsq; eo legitimus esse debet, vt nec legitimatum, nec ex matrimonio putatiõ natum admitti iudicem. Ratio est quòd vbi institutor primogenij requirit, & inuitat ex vero matrimonio natum, tam illegitimus, quàm ex putatiõ natus reijcitur: *Paulus Christin. decis. 337. per totam.* atq; requirit Imper. Carol. ex vero matrimonio natum, *Aurea Bulla tit. 7. ibi. Ein recht Ehe kindt.* Ergo. Licet in alijs secus esse possit. *per ea qua tradit Christin. d. loco.*

23. Quid si gemini nascantur, quis eorum primogenitus dicetur? qui prior totus egressus est, vnde & ille iure primogenituræ solus gaudebit. *Tyraque ll. de iure primog. q. 1. n. 8.* quod si dubitetur aut ignoretur, vt contingere potest, quis primò processerit, & in successione præferendus sit? arbitrio Iudicis, personarum qualitates discutientis &c. relinquendum censeo.

24. Sed & secundogenitum, primogenito mortuo cedente, vel renunciantem, primogenitum dici posse textus est notabilis *in c. vlt. §. item opponitur. 22. q. 1. Tyraq. ll. q. 3. n. 12.* ille namq; primus est quem nullus antecedit. *Ifernia. in c. 1. §. præterea column. pen. vers. sed quia ponitur. tit. qua sit. prima causa benef. amitt.*

25. Quid igitur? an ne ius primogenituræ cedi & transmitti posse concedam? Ardua est, fateor, quæstio, & quia ab ea difficillima inter DD. controuersia dependet, an nepos patruo in successione præferendus sit? præmissis paucis distinctione eam expediendam arbitror.

26. Ita que præmitto primo. differentiam esse inter primogenituram, & ius primogenituræ, quod ipsum aliud mortuum est & inefficax, aliud radicatum efficax & quasi viuificatum: etsi namque quàm maximè quis primogenitus sit eò statim momento, quo quis primus patri suo nascitur, tamè illa primogenitura per se, absque iure primogenituræ, pacto vel consuetudine, aut statuto dato, prorsus nullius est efficacix, etsi enim centies patri meo primogenitus sim, hoc ipso solo tamen prærogatiuam nullam moderno iure communi habeo: pacto igitur statutoe &c. accedente, vt primogenitus, succedat, ius primogenituræ superuenit, quod tamen, quia suum in tempus mortis, eius, cui ex eo iure succedendum est effectum suspendit, plane mortuum est & inefficax. Ius autem primogenij radicatum, viuum, efficax tum demùm est, cum per successiõem morte delatam effectum suum acquirat, sicque per alterius mortem viuificatur, vnde cum Philosopho dicere possumus corruptionem vnus, esse generationem alterius.

27. Præmitto secundo. Ius primogenij adeo personale non esse, vt non possit à primogenito vllò pacto auelli, dum per inhabilitatem, cessionem, renunciationem cæteris paribus, à primogenito sublatum restentur Esau Iacob, & Ruben *Genes. 25. & 27. Aurea Bulla tit. 20. §. Darumb wollen wir.*

28. Præmitto tertio. dictam quæstionem varios sub se comprehendere casus



casus, unde pro uarietate casuum variè erit determinanda, circumstantiæ namque casus mutant, casus ius diuersificant.

29. His sic præmissis, inter variationem casuum distinguo. Aut cessio vel transmissio intelligitur facta iure iam per successione[m] radicato atque fundato, & transmitti, cediue posse nullus dubito, cum quiuis iuri suo renunciare possit, ubi tamen non intelligi velim, quasi ipsa hæreditatis aditio necessaria sit, ad radicationem Iuris huius, sed sufficere autumo, vt inter tempus delatæ vel aditæ hæreditatis, tanquam iâ existente conditione, cessio fiat vel transmissio.

30. Aut quæstio est de cessione & transmissione ante radicationem iuris, & dico cedi, vel transmitti nullatenus posse, *Pet. Greg. Tholos. Syntagm. Iuris vniuersi. lib. 41. c. 9. n. 2. circ. finem* quod enim non est, non est transmissibile, atqui ius hoc ante cessionem planè est mortuum, ergo non cessibile, vel transmissibile, cum non entis nullæ sint qualitates.

31. Quid ergo si primogenitus in vita Patris sui, & sic ante ius primogenij in se radicatum, secundogenito pactum, de iure primogenituræ non acceptado faciat, quid inquam hoc in casu fieri, an ne ius reale in secundogenitum an verò actionem personalem transferri dicam? Hoc verius est; enimvero cum ius reale, viuum, & efficax ei necdum competierit, ideo reale nihil transferre potuit, actione tamen personali ipsum de seruanda fide pacti conueniri posse concedam *arg. L. actionum. 25. ff. de ob. & act. cum similibus.*

32. Refragari maximè, atque pro contrariâ opinione stringere videtur, *can. quam periculosum 7. q. 1. vbi ex. Gen 25.* dicitur Esau vendidisse Ius suum Iacob secundogenito, cum tamè constet hoc in vita senescentis Patris Isaac atq; ita ante iuris sui radicationem in Esau factum esse. Verum respondeo. longè esse aliam rationem illius veteri Testamento cogniti, nec non moderno iure, pactis, statutisue delati iuris primogenituræ, illudque ab hoc sicuti in plurimis alijs, ita etiam in hoc differre, quod illud primogenito, mox eo quod primogenitus esset, competierit, hoc autem pactis &c. vt videmus in tempus mortis semper suspendatur: Vi illius, primogenitus sedebat ad dexteram Patris, dimidiam bonorum solus, duplicatos cibos habebat, præ fratribus sacrificia offerebat. *Gen. 25. vers. 31. & 43. vers. 33. Exod. 13. vers. 2. Num. 5. vers. 9. Deuter. 21. v. 15. & seqq. 2. Reg. 13. v. 21. Zach. 12. v. 10. Glos. in cap. quam periculosum. 7. q. 1. Ioan. Andr. & Panorm. in e. licet. 10. de votis pluri-* maque alia quæ tum Christum Dei primogenitum, tum Gentium à Iudæis separationem præsignificabant; quæ omnia in hoc nullatenus reperiuntur: unde à tam diuersis infirmum argumentum duci apparet. Accedit quod Iacob per solam illam venditionem ante Patris benedictionem plus non habuerit, nisi quod se sine Mendacij scelere coram patre præ senectute, oculorumque caligine eum non agnoscente, primogenitum dicere ex conuentione Esau potuerit *vt probatur in cap. vlt. §. item apponitur. 22. q. 1.* ipsum autem
Ius

Ius, per benedictionem ab Isaac acceptam, fuerit radicum. *Post de Testam. in pr. Ioann. Ramas. in sua Oeconomia. pr. de Testam.*

33. Ex his igitur, celeberrimæ illius in hac Materia quæstionis decisio sumenda, an nepotē ex primogenito, superstite adhuc patre suo, & sic ante radicationē Iuris defuncto, secundogenitus excludat, & quidē meo Iudicio pro secundogenito *refragante Arumao. discursu. 6. ad Aureā Bullā Tyraq. q. 40. cōcludendū est. Arnold. de Reyger in thesauro Iuris tom. 1. verbo primogenitura n. 15. Menoch. consil. 981.* quam sententiam tenent vltra triginta magni nominis authores, præter plurium Gentium exempla. *quæ refert non tamen sequitur Tyraquell. de Iure primogen. q. 40.* Et sanè temerarius videri non immerito possem, dū quæstionem hanc (quæ infinitum Pelagus, cuius vix fundū reperias à Tyraquell. d. q. 40 rectissimè vocatur & à Bald. in *L. cum antiquioribus Cod. de Iure deliter.* in medio relicta Apolliniq; decidenda commissa est:) intricatissimā, tam audacter decido, nisi me & in Scholis, cathedraque disputandi Licentia, & meum, vniuscuiusque melius sentientis iudicio, meritò quia inuenile subiectum iudicium excusaret. Ratio autē inter, quadraginta quinque pro hac sententia *per Tyraquell. d. q. 40.* relatas, ea mihi instar omnium & sufficiens est; quòd nimirum Nepos hoc in casu si succederet, vel succederet ratione sui, vel ratione parentis: Ratione sui excluso patruo vel ideo non succederet, quod quæstio in persona Nepotis sit de successione Aui cuius ipse non est primogenitus filius, sed magis ex primogenito filio nepos, secundogenitus autem quem inter filios nullus antecedit tempore mortis, ille magis primogenitus est, cum primus sit quem nullus antecedit, & qui non habet priorem, *arg. S. proximus instit. de legitim. agnat. success. L. ex facto. S. si quis 2. ff. ad Scium. Trebell. L. substit. filij ff. de vulg. & pupill. substit. Andr. de Isernia in cap. 1. S. praterea. column. penult. vers. sed quia ponitur. tit. quæ sit prima causa benef. amitt.* Sed nec ratione parentis succederet, cum parentem suum repræsentare in eo nequeat, quod ipse parens nunquam actu habebat: atqui parens actu, & effectu primogenituræ Ius radicum nō habuit, ergo in eo repræsentationis & transmissionis ratio cessat, cum spes sanè mortua transmitti nequeat: etsi alia ratio sit, in conditionali obligatione quæ ad hæredes transmittitur. *S. ex conditionali. instit. de Verb. oblig. L. conditionales. 54. ff. de V. S. L. is cui. 42. ff. de Obl. & Act.*

31. Scio hanc quæstionem, ad Electoratus Imperij successionem, applicatā, nonnullis magni nominis Doctoribus, in terminis terminantibus pro contraria, & nepote decidi, videri, *in sape d. Aurea Bulla. dict. tit. 24. & 7.* sed tantum abest vt hæc quæstio in terminis ibidem pro contraria decidatur, vt magis decisionem prioris thesios, datamque differentiam de Iure primogenituræ confirmet: I. namquē, de casu quo primogenitus superstite patre moritur, nec verbo meminit; deinde Carolus sic decidit: Electore mortuo ad primogenitum Ius deuolui, *ibi tit. 7. So einer auß ihnen nicht*

B

mehr

mehr sein wurde so soll dessen Rechte Stimm vnd Gewalt auff seinen Erstgeborenen Sohn fallen. et ergo manifestè satis patet Ius &c. primū deuolui nec ante mortem competiisse.

35. Nec obstat quòd in *d. Aurea Bulla. tit. 7. ibi* vnd gebieten demnach videatur nepotem ex primogenito substituuisse primogenito, præterquam enim, quod ex ea nulla plane substitutio vllò Iure erui possit, accedit, quòd si ea Verba penitiùs inspiciantur, nihil aliud quàm hoc velle videantur, nisi quod primū expectanda sit mors Electoris, deinde primogenitus succedat, tū deniq; primogeniti primogenitus admittatur, ita vt ex verbis ibi, wann dieselbe Weltliche Churfürsten/oder einer auß ihnen nicht mehr seyn würde/ so soll dessen Rechte Stimm vnd Gewalt solcher Wahl fallen auff seinen Erstgeborenen Sohn der ein Rechte Ehetind vnd ein Len ist: Darnach auff desselben ergeborenen Sohns Sohn manifestè appareat, necessario requiri vt primogenitus Electori succedat, deinde radicato scilicet in primogenito Iure primogenij, ipsius primogeniti primogenitus succedat. Secus igitur erit, si primò primogenitus, deinde Elector decedat.

36. Quòd autem in eadem Bulla, statim sequitur Nepotem sine contradictione admittendum, illud velle arbitror, casu quo primogenitus successit ipsius etiam primogenitum admittendum, quem ordinè satis declarat. Verbū, Darnach, id est, posteaquam successit primogenitus, ad excludendum scilicet Maioratum, quo, excluso nepote patruus semper admittitur, siue ante radicationem Iuris, siue postmodum defunctus fuerit primogenitus.

37. Quid si primogenitus absque liberis decedat, extantibus secundo geni i filio, nec non tertio genito, hunc illi præferri dixero. *Ant. Coler. de Iur. Imper. sect. 53. Fonter. lib. 4. c. 22. n. 7.* obtinent namque omnia prædicta magis in hoc, quàm in priori casu. Accedunt exempla in Palatinatu inter filios Philippi Electoris Ludouicum, Rupertum, Fridericum, Rupertique secundo geniti filium Ottonem Henricum, cui Fridericus tertio genitus in Electoratu præferebatur. Similiter in Saxonia inter Rudolphi filios Rudolphum, Ottonem & VVenzeslaum.

38. Quòd si primogenitum delata hæreditate absque liberis decedere contingat: Bona primogeniti subiecta, siue diuisionem pacto, statutoque recipiant, siue non, ad secundo genitum solum deferentur. *Paul. Christinaus. decis. 356. n. 16. 7. & 18. Laudens. in tr. primogen.* et si fructus pro rata temporis cum *Conarr.* inter hæredes diuidendos esse non negem. Alia namque ratio est Vsufructuarij, alia primogeniti hic verus Dominus, ille nec possessor quidē est, nisi naturalis duntaxat *L. naturaliter in pr. & ibi gloss. ff. de acquir. pass. L. sciendum. 1. §. 1. vers. sed etsi vect. q. ali. ff. quis. tisdare cogatur.*

39. Sunt autem in Imperio Bona Electorum Principum primogenio subiecta, vt verbis Aureæ Bullæ vtar, Insignes & Magnifici Principatus, vide licet Regnum Bohemiæ, Comitatus Palatinus Rheni, Ducatus Saxonix, & Marchiona-

chionatus Brandenburgensis, terræ districtus, Homagia, Vasallagia & alia quæuis ad ipsa spectantia, quæ omnia tanquam Imperiale feudum, à Reuerendissimo Bambergensi Episcopo recognoscere solet Princeps Elector *Dresser. in vita Henrici secundi à quo ius n. si hoc trilitum videtur* : eaque diuidi, scindi, seu quauis conditione dimembrari nequeunt. *Aurea Bulla tit. 20. & 24.* per ea quæ tradit Gunther.

*Marchia seu comitis possessio siue Ducatus
Integra permaneant Feudalia.*

Verùm fratribus suis Principibus, certis bonis pro alimentaria portione & status ratione assignatis reliqua sibi vendicat primogenitus. *Aurea Bulla. d. tit. 24.* Aliter obtinet in ducatus non Electoralibus, in quorum nonnullis, diuisionem inter fratres Principes fieri videmus: etsi in Ducatu Bauariæ etiam antequam Electoratus accesserit æquè primogenitus solus succedat.

40. Bona autem primogenio in infinitum subiecta, Græcis *πλεοβεία* dicta, etsi quàm maximè in verissimum Dominium unicuique primogenito cedant. *arg. l. 2. Cod. de bon. mater. L. non ideo minus. ff. de R. V. l. vlt. Cod. commun. de legat.* ea tamen etiam eo casu, quo per primum subiicientem facta expressè prohibitio non est, alienari nequeunt. *Couarr. tom. 1. relect. c. possessor. de R. l. in 6. p. 3. §. 3. n. 6. fol. 459. Socin. lib. 3. consil. 47. u. 16. & DD. communiter teste Couarr. d. l. ratio est quod huiusmodi bona in hoc sapiant naturam bonorū fideicommissi familiæ subiectorum, ea autem bona certè alienari nequeunt, p. l. vlt. §. sin autem. Cod. commania de legat.*

41. Adeo quidem, vt prohibitione tacitâ vel expressâ non obstante, alienata, ordinaria longi temporis præscriptione acquiri nequeant. *d. l. vlt. §. sin autem auaritia. Cod. com. de leg.* etsi 30. annorum præscriptione acquiri posse non improbabiler autumet. *Couarr. d. loco. concl. 2.* ita tamen vt nec hoc in casu successor primogenito præiudicetur. Ratio est, quòd quilibet successor, causam non ab eo cui modo succedit, sed magis à primo institutore habeat, cui proinde anteessor præiudicare nequit: ea igitur Regula locum habebit, vt resolutio iure datoris, resoluatur etiam ius acceptoris.

42. Vnde nec fideicommissi grauari, ob ingratitudinem tamen à primogenito per patrem auferri posse bene sentit *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. lib. 41. c. 7. n. 12.*

43. Et hæc multo maximè in Electoralibus Imperij Ducatibus obtinent, qui vtpote Feuda Imperij nec alienari *iuxt. c. 1. de prohibita feud. alienat. per Frider.* nec pro libitu alijs nisi primogenito, cui etiam sine omni dispositione debentur. *sape. d. Aurea Bulla tit. 7. & 24. §. Darumb wöll en wir. relinqui queunt.*

44. Hactenus de primogenito, quorum pleraque etiam de primogenitâ cui vel omnium vel certorum bonorum successio pacto, statuto, vel priuilegio competit, intelligenda sunt: etsi enim per Fœminas, quæ Principium & Finis familiarum sunt. *arg. l. 195. §. sin ff. de V. S.* familiæ non conseruentur, at-

tur, attamen sæpius etiam primogenita, ex specialibus causis ad certa bona vocatur, cæteris seclusis, vt in successione Iuliacensi patet: *ex Car. V. de an. 1546. Duci Iuliacensi p. m. V Vilhelmo concesso & à Maxim. Secundo 1566. confirmato Privilegio.*

45. Concludat Primogenituram, Maioratus fideicommissio, certæ familiæ in vigore seruandæ, relictus, qui iuri primogenituræ affinis sup. thesi 20. perhibebatur, circa quem, ea in puncto iuris ferè inter controuersissimas quæstiones dubitatio occurrit; Casu, quo senior de familia (vulgo *Der Elteste des Nahmens vnd Stammens Schilt vnd Helm*) certa bona ea conditione possidet (*Daß es allezeit bey dem Eltesten sein vnd verbleiben / auch von einem Eltesten auff den anderen falle / ia keiner Macht habe ich etwas darvon zu alienieren verpfenden deteriorieren*) cuius rei gratia etiam iuramentum secundæ sarta tecta seruaturum, quilibet possessor præstare tenetur: atque vltimus tandem de familia sine masculino vita fungitur, an ipsius vltimi grauati, an testatoris atque eiuscemodi fideicommissum (*Dem ganzen seinem Nahmlichen Stammen vnd Geschlecht zu gutem / dessen Standt vnd hochheit zu erhalten*) relinquentis, hæredes ad huiusmodi bona admittendi sint? Ego testatoris hæredibus regressum seruatum, æquitati, Legibus, mentique eiusdem testatoris conformius iudico: *per L. cum ita legatur. §. in fideicommissi. ff. de legat. 2.* Ratio est, quod cessante causa, familiæ scilicet conseruatione, ipsum etiam fideicommissum cessare, atque ad eos redire debeat, quos testator ante alios extraneos diligere videtur, & quos sanè, si de ijs interrogatus fuisset, vocasset. *Couarr. to. 2. fol. 527. Georg. Euerhard. Iunior vol. 2. consil. 72. qui in terminis terminantibus suffragante toto Inclyto C. legio Iuridico Alma Vniuersitatis Ingolstadiensis sic concludit, pluresque grauisimas ac releuantes causas allegat.*

46. Alteram Successionis Anomalæ speciem, Pactum Vnionis Illustrium Familiarum Successorium, seu Confraternitatem *sup. in præfat. assignaui*: Vnio autem pro subiecta Materia accepta, est vel Rerum & Prouinciarum, cuius Illustre, exemplum extat in nobilissimis illis tribus Imperij Ducatibus Iuliacensi & Bergensi, dum Guilielmus Iuliæ, nec non Ioannes Cliuæ p. m. Duces ante annos 133. anno scilicet 1496. eximios hos Ducatus, æterno fædere, vnanimi statuum consensu, adeo vniuere, vt ad eundem semper Dominum nullam vnquam Diuisionem recepturi deferantur; vel est Personarum, eaque duplex, aut enim ad id vt vniti mutuum inuicem contra hostiles incursum auxilium præstent, & confæderatio *Ein Verbündnuß* dicitur, vel denique ad id vt præterdictum mutuum auxilium etiam contrahentes, eorumuè hæredes certâ lege inuicem succedere faciat, & confraternitas, *Ein Erbbrüderung Erbveremigung* nuncupatur. *VVarenmundus de Ehrenberg. in medit. de fæder. lib. 1. c. 14. n. 11.* hancq; vltimam Vnionis speciem, sequentibus aliquot thesibus dispiciam. Quibus Vnionem prolium, *de qua inferius capite. 1. plura* tanquam affinem adijcere non est absolum, quamuis hæc in-

hec inter priuatas, illæ inter Illustres Familias celebrari, vt plurimum, so-
leant; de confraternitatibus Religionum, Congregationum, Ordinum, So-
cietatum &c. dicendi Prouinciam alijs demandatam relinquo.

47. Est autem Confraternitas Pactū duarum plurimumè Illustriū Fa-
miliarum, vel etiam vnius, diuersarum tamē linearum, Summi Princi-
pis autoritate subnixū, ad hoc vt vnâ familiâ lineæue quoad hæredes
masculos extinctâ, alteri bona &c. Principatus &c. eius certâ succes-
sionis Lege deferantur. *Pet. Ritter. in d. sp. de confraternitate & confeder.*
th. 10. Bartholom. Musculus in disputat. de success. Illustrium famil th. 2.

48. Purgant in huiusmodi Pactis defectum bonorum morum, tum eo-
rum de quorum hæreditate agitur, scientia & consensus. *L. fin. Cod. de pact.*
tum Principis accedens autoritas. *iuxta. l. fin. Cod. de vend. Reb. Cirit. l. 1. &*
ibi Dd. Cod. de his qui propt. metum Ind. non appellirunt Bartholom. Musculus
d. tr. th. 27. eliminat captandæ mortis sordidissimum Votum, tam vera
quàm Præsumpta, innataque, Germani cordis bona fides & sinceritas, exu-
perans, & has quisquillas tanquàm ex alto despiciens animi magnitudo,
eorum siquidem explosa est in Germania præsertim teste *Beso. Italo de Il-*
lustr. Famil. opinio, qui Iulij Cæsaris in hoc solo affectæ, vt si vnquam fidem
frangendam, certè regnandi causâ lædendam esse concedant, aut eorum,
quibus, vt Neotericus quidam perhibet.

*Arcana sunt Imperij
Qua Paradoxa credunt,
Qui charitatem proximi
Ob regna nunquam ledunt.*

in priuatis verò sordidisque picatæ pecuniæ Euclionibus, frequentior lon-
gè est, & nihil non audet insolens atquè Harpyia bonorum appetentia, *l.*
fin. Cod. de pact. quid quod Iure militari huiusmodi pacta sustineri certum
est. *l. 19. Cod. de pact.* qua igitur Ratione Principibus, qui perpetuò impera-
tori militare dicuntur. *Gail. lib. 2. obseru. 127.* ea non permetterentur.

49. Accedunt exempla in Imperio, Illustrissimarum Familiarum pluri-
ma, quorum vnum sufficiat instar omnium. Principatus namque *Hene-*
neberg ad serenissimum Saxonie Electorem, alia Ratione nulla deuenit, ni-
si quod. anno 1554. Ioannes Fridericus secundus, Ioannes Guilielmus, & Io-
annes Fridericus tertius, Saxonie Duces, cum Guilielmo, Georgio Ernesto,
& Poppone Principibus Hennebergicis propter varias rationes in for-
mula seu instrumento adductas, ibi *Damit nicht ic.* pactum confraternitatis
inierint, tandem vltimus Princeps de *Hennenberg* sine masculo anno. 1583.
decesserit. *Reusner. vol. 1. con. 3.* Sic inter Duces Saxonie, Landgrauios *Haf-*
fiæ pari modo confraternitatem initam testantur *Formule in actu Marpur-*
gi in docum. ad causam Principalem pertinent, litt. F. fol. 22. & seqq. V dalr. Zas-
consil. 1. lib. 2. in. pr. Besold. 1. disputat. nomicopolitic. 13. n. 3. sed & inter Sere-
nissimos potentissimosque Boiariæ Principes nec non Palatinos Rheni



confraternitatis pactum intercessisse ait *Christophorus Besold. disputat.*
14. n. 3.

50. Materia horum pactorum sunt Principatus, Castra, & Bona, vel omnia, tam mobilia quam immobilia, praesentia & futura; unde Verba solent adponi in formulis haec fere: *Mit allen Landen vnd Leuten die wir jetzt zunder haben/ oder wir vnd vnserer Leibs Erben noch gewinnen mügen: Item daß alsdann desselben abgangenen Fürstenthumben Graffschafften ic mit Land vnd Leuten ic nichts außgeschlossen beweglich oder unbeweglich ic. formule inter Duc. Sax. & Landgr. Hass. vel certa, sic Principatus Hennenbergicus totus, ex parte Saxoniae verò Ditio duntaxat Coburgica in confraternitatem deducta est, Vt plurimum verò relicta designata summa pecuniae, de qua testari unicuique & pro libitu disponere conceditur: exemplo sunt quae habentur in d formula Naumburgensi inter Saxon. & Hassia Duces. an. 1555. vbi 30000. f. pro libera disponendi facultate reseruabantur. ita tamen vt immobilia hac summa non contingeret.*

51. Forma Confraternitatis pro paciscentium Variatione variatur, eiusque Vis ac efficacia, ex ipsismet Instrumentorum Verbis, Clausulis, earumque sensu, interpretationem capit. *Caspar. Guttich. in sua disput. de Confraternitatib. th. 6.*

52. Causa efficiens sunt ipsimet paciscentes plerumque; Principes & Illustres Personae, huiusmodi pacta cum consensu Imp. erigentes *Muscul. de confrat. Gutt. d. l. 60.*

53. Finis Principalis, qui ab effectu in practicis non distinguitur, vt loquuntur Philosophi, est ipsa decursu temporis existente conditione, deficientibus scilicet ex altera familia, vel linea masculis deferenda successio. *Molin. consil. 17. Guttich. d. disp. th. 8.* Minus principalis & secundarius, mutuum aduersus hostiles incursum facto pactoque praestandum auxilium, *Daß sie einander Brüderlich meynen/ einer dem andern wider feindlichē angriff ic. mit Rath vnd That bespringen*

54. *Προκαταρτητική* & Impulsiva causa est tū Bonum salusque Reipublicae, quae suprema Lex est, tum etiam ne Principatus Territoria &c. ad inuitos ignotosque successores per varios casus delabantur.

55. Controuerti posset an huiusmodi pacta etiam ab ipsorum paciscentium haeredibus hinc inde obseruanda sint? quod affirmare rationes & exempla suadent. Eo ipso siquidem quo Parentibus aut agnatis confraternitatem contrahentibus succedunt, facto eorum, facile contrauenire nequeunt; *arg. L. cum à matre. 14. & ibi DD. Cod. de Rei Vind. L. 24. Cod. de donat. L. 10. Cod. de solut. Pinell. L. 1. C. de bonis maternis.* accedit Autoritatis Principalis Reuerentia, ipsorumque propria exinde emergens Utilitas, quae confratris sui animi conciliatio est, & ubique praesto futuri promptitudo: Denique cum omnes obligationes ex contractu vel quasi ad haereses sint transitoriae actiue & passiue *L. 2. §. ex his. ff. de V. O. per vulgat. nou. 48.*

nov. 48. in pr. quid hanc observationem transire vetaret? maximè cum & hæredum mentio semper fiat: Exemplo sunt quæ in Landtgr. Hassiæ, & Saxonix Ducibus obseruata legimus, vbi quilibet de familia Princeps, post completū 14. ætatis annum in hæc pacta consentire, seque ad obseruantiam corporali iuramento obstringere tenetur. *Gaspar Guttich. d. disp. de Confr. th. 8 circa medium.*

56. At quæ Foeminis Illustribus, pactis hisce subsistentibus consultum? & annè Feuda foeminis etiam deferenda in confraternitate comprehendere licitū erit? Ad prius Dico: certā summā loco dotis ac legitimæ ijs subueniri: sic in pacto successorio Saxon. & Hass. testatur Instrumentum. in Verbis. *Es ist auch in dieser vnser Bruderschaft nemblichen bedingte* *re Guttich. d. loco.* Alterum affirmandum arbitror, dummodo parentibus hæredes existant, qui procul dubio præiudicare in hoc ijs potuerunt, cum *vt super. th. d. cum* hæres factum defuncti impugnare non possit. *per sup. alleg. Iura. c. vn. §. 2. lib. 2. feudor tit. 58. L. 14. Cod. de exict. L. 3. & 5. Cod. de reb. alien. vel non.* quid, quòd Princeps ex plenitudine potestatis ob insignem utilitatem boni publici, foeminis præsertim nondum natis illud Ius præuere queat. *facit. Ant. Gibr. de Iure quesito non toll. concl. 5. n. 40.* Illud tutissimum *cum Guttich. d. disp. th. 5.* non negauerim, vt foeminarum existentium hoc in casu consensus requiratur *iuxt. c. quod omnes. de R. I. in 6. L. fin. Cod. de auth. prest. L. 11. ff. de seruit. Rustic. Præd.*

57. Non adeo dissimilis Confraternitati quoad effectum scilicet secundarium est Confœderatio, aliàs Vnio, Foedus, Liga: quæ cum pro tuenda S. R. I. incolumitate. Sæ. Cæs. Mæiæstate & Plenipotencia, Sanctæ Romano Catholicæ Religionis defensione initur, licita sancta, inuiolabilis est: cum ad euerisionem Reipublicæ Christiano Catholicæ, Summi Imperatoris diminuendam Authoritatem. Nouationes Imperio exitiales erigendas adhibetur, illicita est, Rebellio est, multis Imperij Constitutionibus. *Religiō vnd Propäh Fried. Landfried zu Wormbs Anno 1495. Reichs Abschied zu Speyr Anno 1526. Reichs Abschied vñ Anno 1530. & Diweil wir nu zu Anno 1542. Vñ als wir auch ferner Anno 1544 §. als wir aber in der Handlung re. prohibita: prioris generis sanctissimo, pro Veræ fidei, sola saluifica, Christiano Catholica Religione tuēda fadere, in Imperio ligati sunt Catholicissimi nonnulli Episcopi, atque S. Rom. Imperij Principes, quæ Ligā, vt vocāt, DE v s ter Opt. Max. verbo Virtutis suæ, tamdiu ligatam, atque Christianissima charitate, Vnitaque Vi vnitam seruare velit, quamdiu huius in terris capita, pro Magni Numinis gloria, eam ad detestanda A catholicorum Consilia deprimenda sanctissimè seruare opus habent. Sunt præterea alia nonnulla in Imperio erecta Fædera. Schmalcaldicum, Ansiaticum, Helueticum, Vnio Protestantium, de quibus hic nec mei instituti, nec pro animi sententia dicere tutum est.*

58. Sed & Serenissimi, Guilielmus senior Iuliacensis, & Ioannes Cluuen-
uensis

uensis pijsimæ mem. Duces in suo de Vniëdis Ducatibus Tractatu an 1496. confæderationem inierunt, atquè eo ipso laudatissimi Principes maiori Encomio digni sunt quòd contra omnes hostiles incurfus, omnem sibi inuicem, eo fædere sancito promiserint opem, exceptis Rom. Antistite, Summo Pontifice, & Imper. Rom. pro vt verba *Der Erbvereinigung* sonant ibi. *Nemmen wir ic. auß unsere Ehrliche Oberhäupter / Nemblich unseren Heilig. Vatter / den Papst / zu Rohmen / vnjere aller gnedigste Herren / Rom. Kienjer vnd Römischen König / Dermassen / so dat vnser einer / dem anderen / wider die vorß. sonder Götliche / redliche / vrsach mit dienst / hilff / trost vnd beystandt / wie vorgemelt / nicht schuldig noch verbunden sollen sein.* Atque hæc de primis duabus speciebus Anomalæ successione.

C A P V T. III.

De Renunciationibus, & Fæminarum in Feudis successione.

59. **V**lris Anomalæ successione specieb, inter Viros Illustres celebrari solitis, aliæ duæ, Fæminas potissimum concernentes species dispiciendæ sunt: & I. quidem renuntiatio, quam tertiam Anomalæ successione speciem constitui. Quæ nihil aliud est, quàm pactum, statuto, vel consuetudine subnixum, quo vt plurimum Filiæ, in gratiam Masculorum, delatam sibi, vel deferendam successione remittunt.

60. Quidquid igitur de Iure communi Ciuili sit, quod pacta eiusmodi nullius roboris esse decernit, ea tamen Ius Canonicum, iuramento firmata *cap. quamuis de pact. in 6. cap. cum contingat. de Iure iur. totiusque Germaniæ, aliarumque Prouinciarum inueterata, Rationabilis, consuetudo satis abundè sustinet. Barthol. Musc. de success. conuent. & Anom. memb. 2. class. 1. concl. 4. Litt. B. Vult. resp. Marp. 9 l. 30. vol. 2.*

61. Vt autem in compendio, potissimas huius Materiæ controuersias attingam: à quibus, quibus, quâ de causâ, quo modo, & effectu fiat, & denique finiatur seqq. thesib. dispiciam.

62. Et quidem renunciare possunt omnes, qui contrahere, atque liberè de rebus suis disponere non prohibentur. Quid igitur de Minore sine Curatore iurato renunciante? Ego authen. Sacram. puberum. C. si aduers. vend. rem decidere, atque renuntiationem nihilominus subsistere, nec non idem in impubere, doli capace, obtinere defendam. Bart. Paulo de Castr. Salicet. Ias. in d. auth. sacramenta puberum. ex communi vt refert. Curt. Iunior ibi. n. 72. Hart. Pistor. lib. 4. q. 6. n. 8. §. contra tamen. Ratio est, quòd Iuramentum à minore & impubere doli capace præstitum tutoris nec non curatoris auctoritatem suppleat. Gl Bart. Bald. alij in d. auth. sacram. pub. Berous. vol. 1. consil. 154. Camillus Borellus. to. 1. tit. 60. n. 114. atque hoc Iuramentum ab iisdem, sine dispendio salutis æternæ seruari queat, quare. d. cap. quamuis & d. c. cum

d. c. cum contingat nec non. d. auth. sacram puberum Cod. si aduers. vend.
obtinere nullus dubito.

63. Adeo quidem, vt, quàmuis de Iure Ciuili, inter Patrem filiumque in potestate constitutum contractus nullus celebrari queat, nec obligatio subsistat *per vulgata*. hac tamen Iuris Ciuilis subtilitate non obstante, exigente sic Reip^a utilitate, an Filia in potestate constituta, nec ne, Patri de non succedendo pactum faciat, non referat *Hart. Pistor. q. 6. n. 6. Did. Couar. in repetit. c. quàmuis p. 3. §. 1. n. 7. per L. Pomponius. ff. famil. ercisc.*

64. Et verò licet Iuris can. text in *d. c. quàmuis*. de filia duntaxat loquatur, exque eo, filios successioni sibi deferendæ renunciare non posse, videri queat, tamen, quo minus & hi, in sororum suarum, quò facilius, nec nõ honestius dotata, nuptui locentur, fauorem renunciare queant, nihil obstat. *Did. Couar. d. loco. §. 1. n. 2. Zas. L. stipulatio hoc modo concepta n. 28. ex communi.*

65. Fit autem Renunciatio, vt plurimum parentibus. Dico vt plurimũ, nonnunquam enim fratribus etiam, de successione Parentum, à sororibus fieri assolet, quo tamen in casu, Voluntatem atq; scientiam Parentum non immeritò desiderabis. *iuxt. tex. L. fin. Cod. de pact. Couar. d. loco. §. 1. n. 7. Pistor. d. l. q. 6. n. 40.*

66. Quid si Maritus se effecturum, vt Vxor renunciet, focero suo promissionem faciat, & multis nequicquàm adhibitis persuasionibus, nihil efficiat? ego nihilominus promissioni satisfecisse opinor, eam namque diligentiam, non præcisè renunciationem promississe, censendus est. Quod si tamen poenam adiecerit, ab ea nihilomagis liberabitur, cum eam sub conditione si Voluntati Comes non eat effectus, promississe, videatur. *VVe-semb. Schneid. ad §. si quis aliam instit. de inur. stipulat.*

67. Illud mihi extra dubium est, promissionem à Filia de futura Renuntiatione, seu Patri, seu Fratris &c. factam, renuntiationi neuiquam æquiparari? eo quod actus agentium, vltra eorundem intentionem, præsertim in stricti Iuris actibus, qualis est renuntiatio *arg. §. actionum quad. instit. de actionib. & DD. ibid. porrigi non debeant L. non omnis. 19. ff. si cert. pet. L. rogasti. L. si quis nec causam. ff. eod. Crau. consil. 304. n. 7. VVesemb. consil. 5. 2. n. 48.* quæ autem se renuntiaturam promittit, de facto renunciare non vult, ergò nec promissio æquivalere renuntiationi, nec realiter factæ renuntiationis effectum, præter mentem promittentis, sortiri debet, cum possint casus emergere, quibus licitè promissioni non stare, & renuntiationem omnino intermittere possit.

68. Renuntiationem bono publico per quàm vtilem, imò necessariam, & vel ex hoc, contra Iuris Ciuilis dispositionem in Rep. rationabiliter receptam esse Finis & causa, propter quàm introducta est, satis abundè declarat, quippe cum Illustrium familiarum, Gentilitia dignitas, splendor &

C

ampli-



amplitudo, non nisi per Masculos seruetur, augeatur, *L. pronuntiatio. 195. ff. de V. S. S. fin. instit. de par. pot.* eos autem ad hoc ipsum obtinendū, paupertate non sordescere. *L. super statu. 9. Cod. de quest.* sed diuitijs præfulgere. *L. quisquis Cod. ad. L. Iul. Maiest. L. 6. Cod. de suspect. Tutor.* oporteat, occasione certè renunciationum ijs taliter subuenire, rationi maximè cōsentaneum, nec à diuino. *Num. 27. & 26. Iosue. 17. Veteri Ciuili. S. ceterū instit. de legitim. agnat. success. S. item Vetustas. instit. de heredit. ab intestat.* aut Politico Iure absōnum est.

69. Ex quo tamen nē arguas, contrā thes. 60. fratres renunciare, in fauorē sororū suarū, non posse, cessante scilicet familiarū conseruandarū ratione; enim uerò cū non minùs Reip. interfit filias honeste dotatas esse. *L. 2. ff. de Iure. dot. L. 1. ff. solut. matrim. L. 18. ff. de Rebus aut. or. Iud. possid.* atque familias conseruari, sequitur etiam Renunciationem in filiarum fauorem factam, suis non destitui Rempub. am concernentibus Vtilitatibus vnde similiter subsistere ob Rationis paritatē nihil vetat. *Hartm. Pistor. q. 6. n. 5.*

70. Circa solennitates, modumque, quo Renunciationes pro varietate locorum variantur, ea statim occurrit quæstio. An ad Renunciationis validitatem, corporale requiratur iuramentum? quod negare, à contrario Vfu desumpta Ratio, suadet quā fieri videmus in Renunciationum tenore, remissam successione, hisce vel similibus *Ben Fürstlichen/Gräfflichen/Adelichen Ehren vnd waren Worten/* confirmari. *Barthol. Muscul. clas. 1. memb. 2. concl. 5. litt. E. n. 283. & 204.*

71. Et licet, vt plurimum, dote certā assignata, Renunciationes fieri soleant. *cap. quamuis de pact. in 6.* attamen & doti quoque *Hart. Pistor. d. q. 6. n. 17.* imò & ipsis alimentis *dissentit idem n. 28.* filios filiasque liberè Renunciare posse nihil obstat; quamuis vt coactæ inuoluntariæque absque dote, aut alimentis renuncient, nec statuto quidem fieri posse, verissimum sit. Prioris partis ratio est quòd tam Dos, quā alimenta, Bonum, & fauorē liberorū quantūuis Natura debitū concernāt cui renunciare cuiq; semper liberum est, *per vulg.* Posterior Pars ex eo conuincitur, quòd Dos & alimenta, ex ipsa Natura debeantur, exemplo legitimæ, quæ Natura debetur. *Andr. Gail obseru. lib. 2. obs. 12. n. 7. Barthol. Kellenbenz de Renunciat. q. 23. n. 31. Porc. cons. 131. n. 2. c. 1. S. licet. ext. de Testim. Schneid. alij. ex que eo statuta debitum Naturæ denegantia irrationabilia, intolerabilia, & crudelia, indeque inuvalida non immerito dicenda forent.*

72. Illud in dubitationem vix vocarim: Filiam scilicet certa dote accepta aut assignata, tam de quantitate honorum. *Kellemb. de Renunc. q. 4. n. 12.* quā de omni Iure, ex facto tertij competente, certiorandam esse: cum enim eorum quæ ignorantur consensus nullus sit. *arg. L. non idcirco. 9. Cod. de Iur. & facti ignorantia. L. error. 8. L. penult. ff. eod. L. error. 7. Cod. d. 1.* certè nec Renunciatio de eò Iure, quòd penitus, tanquā in facto vt dixi tertij consistens, Iure ignorari poterat; *arg. L. qui in alterius. ff. de R. L. intelligi debet.*

Vnde

73. Vnde Filia de eo non certiorata, siue se renunciaturam promittens, siue renuncians, tam renunciationi ipsi de facto, quam promissioni duntaxat facta, non obstante iuramento contrauenire poterit: enim uero cū Renunciatio stricti Iuris sit, ad id quod nec expressum, nec de quo renuntians tanquā ignorās uerisimiliter cogitasse censi potest, extendi nō debet. *Decius & Iason. n. L. postquā liti C. de pact. præterquā quod remittere nemo censeatur id quod sibi competere ignorat. L. si ita 45. §. 1. ff. de leg. 2. cap. ueniens. 16. c. quemadmodum. ext. de Iureiur. L. Legitimam. ff. de petit. hered. L. mater. Cod. de inoff. testam. facit. L. coram. ff. de V. S. VVesemb. conf. 74. n. 63.*

74. Hinc est quod hæc potissimum clausula Instrumentis Renunciationum inseri soleant, haben vns auß wolbedachtem Rath / auff genugsame dert halb empfangeneu Rath vnd Bericht &c. vt ex varijs per Illustres Foeminas factarum Renunciationum, formulis colligere est.

75. Non minùs frequens est & ea Renunciationum clausula, qua Filie ad suos Fratres in Guetem &c. renunciant, quæ sanè id efficaciz, non immerito habebit, vt quandiu fratres, ex ijsque masculi extent regressum ad cessam portionem nullum habeant; fratribus autem eorumue masculis liberis non extantibus, eum illis reconcessum esse nullus dubito. *Parisiens. vol. 1. conf. 5. n. 43.* Ratio est quod Renunciatio à Filiabus in gratiam filiorum, etsi non exprimat, ad familiæ conseruandum splendorem facta censeatur. *Chaffan. in Consuet. Burg. rubr. 7. §. 12. n. 6. Decius. conf. 372. Guido Papa. decis. 192. n. 2. Kellemb. q. 19. n. 11. de renunc. success. qua proinde Ratione cessante, ipse etiam Renunciationis effectus cessare merito debet. Kellemb. d. loco. q. 18. n. 4. & 5. arg. L. fin. §. ait Lex. ff. de dimort. L. ubi Lex. 24. §. 1. ff. de V. S. cap. L. generaliter. Cod. de Episcop. & Clericis.*

76. Difficilior paulò quæstio est, quid sentiendum, vbi ea clausula *Bis auff einen ledigen Anfall* renunciatio concipitur. equidem cum *Grasso. q. 15. n. 2. circa finem* eandem vim & efficaciam, quam superiori inesse dixerim, atque ex inde filia sic renuncians, non extantibus ex fratre masculis, sed foeminis duntaxat, in cessa portione vna cum iis admittetur. *Kellemb. q. 19. n.* Eo quòd aliàs frustranea planè esset hæc reseruatio, si à filiabus fratrum, amita excluderetur cū descendentibus ex fratre nullis extantibus, sine omni pacto soror ad eius successionem admittatur. *autb. cessante Cod. de legitim. hered. c. reliquum Nou. de heredib. ab intest. venient.*

77. Quæ sanè adeo vera sunt, vt reseruarum sibi regressum, filia etiam antè masculos decedens, ad suos hæredes transmittat, cum vnusquisque sibi & suis prospexisse intelligatur *L. Legem. Cod. de pact. Kellemb. q. 20. n. 3. L. vt veteribus. 50. ff. de leg. 2. L. 2. L. illud. 26. Cod. eod. L. 2. Cod. de donat. qua sub modo. L. in traditionibus. 48. ff. de pactis. Molin. con. 15. n. 19. cum seq.*

78. Quibus prima fronte consequi videtur filios portionē, cū reseruato regress-

regressu, à filia per Renunciationem acquisitam, alienare non posse, quasi sub conditione ad filios hæc portio venisse appareat. Ego tamen purè venisse ad eos, sub conditione, tamen resoluti deficientibus scilicet ex fratre, masculis, dicere malim *Kellemb. d. loco. q. 23. n. 10.*

79. Atque hinc eiusmodi fratres liberam de omnibus suis disponendi potestatem habere autumo, maximè cum nulla certa bonorum pars filie adhuc fuerit assignata, *Kellemb. d. q. 23. n. 7.* accedit quòd per Renunciationem non grauari fideicommissarij, sed veri Domini effecti sint.

80. Ne tamen portione sua, aut reseruato regressu filie defraudentur, per Inventarij confectionem, sufficientemque vel datis pignoribus, vel fideiussoribus cautionem sibi consulere possunt. *Kellemb. q. 23. n. 16.* Vbi tamen non tanquam de fide fratrum ambigentes, sed omnes, eueniente conditione, discordias præuenturæ, eiusmodi confectionem & cautionem petere, neque fratres se ijs valdè difficiles præbere, poterunt. *Kellemb. d. l. n. 25.*

81. Illud in controuersiam nullus voco, quòd, si filia successioni, vel bonis paternis in gratiam filiorum renunciauerit, fratribus sine liberis mortuis etiam nulla quàm paterna bona habentibus, nihilominus rectè succedat, cum namque huiusmodi bona non amplius paterna, sed fraterna sint, his autem neuti quàm renunciarit, renunciationi suæ contrauenire non videtur: *Nobilis Magnificus & Clarissimus D. Arnold. Rath. in Ingo stad. Vniuersit. Præceptor meus æternâ obseruantia dignus. in Exercit. suis. ad. IV. libros. instit. lib. 3. exercit. 1. th. 3.*

82. Quæri solet, num Filia renuncians partem faciat? ita vt legitima pro liberorum numero augeatur, vel minuatur? quod quò minus affirmè nihil video. *arg. l. si actionem. Cod. de pact. l. si auia. C. de Iure deliberandi. Kellemb. q. 37. n. 11.* maximè si dote certa data, renunciatio facta sit. *Kellemb. d. l. n. 15. Boer. decis. 154. perrot. Blan. conf. 498. n. 4. vol. 1. & vol. 4. conf. 121. n. 3. vol. 3. conf. 377. n. 3.*

83. Potissimus Renunciationis, ac principalissimus effectus est, tam renunciantes ipsas, *cap. quamuis. de pact. in 6. c. quàm Periculosum. 1. q. 1. c. quod semel. de R. l. in 6. & Turib. vul. et.* quàm earundem hæredes, à successione remissa arcere, *gloss. com. approb. in. d. c. quamuis de pact. in 6. in. V. detrimento. quam sequitur. D. dac. Couarr. ibid. in p. 3. §. 3. n. 7. Guier. Vdsquius. Ant. Gomez. Pistor. q. 6. n. 3.* dummodo Renuncians parentibus superstes existat, Ratio est: quòd ea renunciationi tacita insit conditio, si successio ad renunciantem deuoluatur, cum si deuoluta non sit, nec remitti quoque possit. *DD. commun. in l. qui superstitis. & l. pactum dotali. & d. c. quamuis.* quòd obtinere, etsi dos assignata filie fuerit, *cum Pistorio. d. lib. 4. q. 7. n. 4. §. veram defendam.*

84. Adeo autem à successione renunciata arcentur, vt nec Iure Ciuili, nec Prætorio, aut alio villo succedat, quòd ex Verbis d. c. quamuis ibi Nullū ad bo-

ad bona paterna regressum haberet, apparet, imò nec legitimam peter
queat; Bald. & citati per Hartm. Pistor. q. 6. n. 15. Iason. de inoff. testam. Ludou.
Rom. in l. 1. §. si quis ita. n. 23. & 32. de verb. obligat. Castr. & Alex. Decius. Nat-
ta. Tyraquell. in l. si vnquam in pr. n. 144. & communis vocatur hac assertio. à Ri-
pa. in l. 1. n. 70. de vulgar. & pupill. substir.

85. Eo tamen se Vis & efficacia Renunciationis nullatenùs extendit, vt
etiam ne ex testamento quidem, id, quod Iure hæditario, vel legati, re-
nuncianti relinquatur, capi queat. Ratio inter alias est: quòd renunciatio,
de Iure iam competente, non primùm competituro, facta intelligatur. cap.
cùm inter. de Renunciat. & sic inter DD. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de
V. O. ferè communiter conuenit vbi Bolognet. n. 85. Decius Natta. Gutier. V asq.
Gomez.

86. Quòd si expressè etiam successioni ex testamento renunciatum sit,
Iuramenti tamen remissione, expressis Verbis à Parente &c. facta, quod
tutissimum est, renunciantem denuò admitti, vero & æquitati simillimum
est. Eam namque Renunciatio recipit interpretationem, nè renuncians in-
uitò eo, cui renunciatio facta est, succedat, non æquè si ad successorem de-
nuò admitti velit. gl. communiter approb. in cap. ad nostram ext. de Iureiur.
Salicet. V asq. Pistor. q. 6. n. 3.

87. Non obstat, quòd fratribus, in quorum fauorem Renunciatio facta
est, per patrem præiudicari non posse videatur: eatenus namque Ius quæsi-
tum fratribus est, quatenùs parens contraria Voluntate testando non con-
trauenturus est. l. Seia. de dote preleg. & l. tale pactum. §. fin. de pact. DD. in l.
qui Rome. §. Mutius. ff. de V. O.

88. Tandem quænam actio, tanquàm alter Renunciationis effectus com-
petat, dubitari posset. Ego, tum subsidiariam in factum actionem per ea qua
tradit Schn. ad pr. tit. Inst. de interd. n. 32. gl. & DD. in d. quoties 21. ff. de pra-
script. Verb. l. in factum. 12. ff. de Obl. & Act. tum exceptionem ordinariam
doli resultare dixerim. l. palam 2. §. 5. l. dolo. 8 ff. de doli & metus exceptione.

89. Renunciationem siquidem Dolo, Vi, Metuè, aut ommissa certiora-
tione initam, iuramentoque firmatam subsistere quidem, sed ordinaria do-
li exceptione rescindi debere, vel ex eo conuincitur, quòd contractus stri-
cti Iuris, quibus etiam dolus causam dedit, per hanc actionem rescindan-
tur. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. Fab. Angel. Platea. Iason. Zas. Schn.
ad §. actionum. Instit. de Actionib. per text. in l. si quis cùm aliter. 36. in pr. ff. de
V. Obl. l. dolo. §. C. de inutil. stipulat. in quo præter alias differentias, à contra-
ctibus bonæ fidei differunt. DD. ad d. §. actionum autem. Instit. d. 1. Renun-
ciationes autem stricti Iuris esse, argumento est. d. §. actionum. per ea qua tra-
dunt. DD. ibid.

90. Sed & ob nimiam læsionem, vel factæ Renunciationis, vel Mortis
tempore contingentem, Iudicioque & arbitrio Iudicis relinquendam, mi-
nimè tamen ob superuenientiam liberorum ex l. si vnquam Cod. de reuocan-
dis donat. rescindi posse, defendam. I. partem multò maximam Interpre-
tum co-

tum copiam tenere dicit. Pistor. *sape. d. q. 6. n. 71.* & conuincit non ea modo Ratio, quòd, si factæ Renunciationis tempore, dolus intercessisse, si Mortis tempore enormissima læsio contingat, in eam renuncians non consensisse præsumatur, verùm etiam quòd decisio *L. 2. Cod. de rescind. vend.* tam in Emptione quàm alijs contractibus locum habeat. *DD. serè vno ore ad d. l. 2. Cod. de Resc. Vendit.* II. partis Ratio est, quòd rarissimus Renunciationis, si ob supervenientiam liberorum ea rescinderetur, futurus foret effectus. *tenent hanc sententiam Tyraquell. in d. l. si vnquam n. 11. V. donat. gl. in d. cap. quàmuis. Decius Couar. Parisiens. Roland. à Valle Kellenbenz. & alij communiter. atq; hæc de Renunciatione.*

91. Quarta successionis Anomalæ à me assignata species est, Fæminarum in Feudis successio, & vel ideò Anomala seu Irregularis dicta, quòd regulariter fæminas in Feudo non succedere, *c. 1. §. hoc autem notandum. tit. 1. de his qui Feudum dare possunt. §. Filia verò de success. Feudi c. 1. §. etsi clientulus. de alienat. Feudi.* tanquàm certum iuris Feudalis Axioma circumferatur. *Nicol. Intrighol. in cent. sua. Feudali. q. 7. n. 15. Abb. Panorm. in c. dilecti n. 1. de arb. idque ea Ratione, quòd Fæminæ, ob sexus verecundiam, Consilij fragilitatem, lubricitatem, & periculum, armorumque ferendorum ineptitudinem, Feudorum in capaces sint. Bald. in l. quoties. 12. n. 7. vers. dic quòd mulier. C. de suis & legitim. Schneid. instit. lib. 3. de hereditat. que ab intestato. & c. d. 3. ordine succedendi concl. 1. n. 4. Rosenthal. in synop. Feud. c. 7. concl. 31. n. 2. & Feudista communiter vno ore.*

92. Cæterum ea fæminarum incapacitas, tantæ neutiquàm est efficacix vt non certæ sint Viæ, iisdem ad Feudorum successionem, Iure, pactisque paratæ. *Rosenth. c. 1. concl. 43. n. 1.*

93. Enimverò etsi eas à Feudo Ligio, Empto, Franco ob paritatem Rationis, æquè in his, atquè feudis proprijs reperiendam, ad huc regulariter excludi, cum *Rosenth. d. c. 7. concl. 34. n. 7. II. & 12. concedam, in Feudo tamen à fæmina acquisito, quòd propriè fæmineum dixerim, secundùm communem. DD. sententiam succedere certum est; c. 1. de Feudo seu beneficio Fæminæ. arg. c. 1. §. hoc autem notandum de his qui feudum dare possunt. cum, eo ipso quòd quis fæminæ Feudum concedit, à communi regulari Iure Feudali resiliire, & per hoc fæminas earumque descendentes ad id habitare videatur. Rosenth. d. c. 7. concl. 35. §. 3.*

94. At tamen vbi Fæmina pro se, & Filiis. *Vor sich vnd ihre Söhne/ Fæminas adhuc excludi, per tex. in c. 1. de Feudo seu benef. fam. ibi & quia fæmineum est feudum & sine pacto speciali deficientib. filijs masculis ad filias pertinebit* Eo autem casu, quo pro se & hæredibus feudalibus, *Sür sich vnd ihre Lehens Erben/ Feudum acquirat, admitti, verius est. Ros. d. c. 7. concl. 38. n. 3.* ea autem mihi videtur Ratio, quòd cum Verba pro subiecta materia summi debeant, in feudo fæmineo autem regulariter succedant fæminæ, *per sup. dd.* atque sic hæredes feudales sint, ideò ijs etiam acquisitum esse videri debeat, ni-

beat, nisi, vt in superiori casu, quo pro filijs, Für sich vñd ihre Söhne acquirit, à regula per pactum recessum fuerit.

95. Sed & in Feudo consuetudine *Speculator. tit. de feud. §. quoniam. q. 21. n. 41.* aut præscriptione *Rosenth. c. 7. concl. 21. n. 14.* per faminam, aut vt faminae succedant, acquisito, faminas admiserim, tantum enim, & eo modo præscriptum, quantum, & quo modo possessum est, *facit tex. in l. 1. §. si quis hoc interdicit. & gl. in verbo quoad vsque ff. de itin. actus priuat. c. cum contingat ext. de decimis. Rosenth. d. c. 7. concl. 31. n. 14. & seqq.*

96. Illud extrà controuersiam est, Faminas, eo casu, quo quis pro se, & hæredibus masculis, ijsque deficientibus, faminis, acquisiuit, in feudis etiam Marchiæ, Ducatus, Regni &c. etsi pro masculis duntaxat, ab initio acquisitis, ex plenitudine potestatis ipsius Domini, Imperatoris. E. G. faminas, ad ea, ex post facto habilitantis, admitti, *c. 1. §. & qui vidimus. vers. hoc autem notandum. De his qui feudum dare possunt. ibi nisi specialiter dictum. vbi Beluiso. Isernia Bald. Laudensis. alij ita tamen vt faminae, etiam hoc casu, per vltiorem masculum excludantur tex. express. in cap. 1. de eo qui sibi vel heredib. suis. & ibi communiter omnes. glossa. in. V. pro masculo, Beluiso. Isernia. Bald. concl. 177. Vultei. c. 9. n. 49. pag. 49. hanc sententiam de Iure Feudali in confesso esse asserens.*

97. Hinc celebris illa Iuris Feudalis quæstio exurgit: An Famina per Masculum semel exclusa, perpetuò excludatur? Et sanè eam perpetuò non excludi, Iuri veroque similis est. *Mart. Laud. in §. quin etiam c. 1. Episcop. vel Abbat. Fulgos. concil. 12. Alciat. sibi contrarius. Iulius Clarus. in §. Feudum. q. 80. inquit contrariam opinionem semper sibi duram visam fuisse præter alios plures. Hartm. Pistorius q. lib. 2. p. 2. q. 35. Ratio I. quòd, qui pro se, & hæredibus suis masculis, ijsq; deficientibus, faminam Feudum acquirit, ad Ium duntaxat gradum se restrinxisse videri nequeat, sed magis de vltiori etiam sensisse credendus sit. Hartm. Pistor. d. loco. n. 15. II. est textus apertus in c. 1. de eo qui sibi & heredib. ibi Donec masculus superest, vbi sanè, si propriam dictionis, Donec, significationem, & emphasin veram respicimus, vt pote quæ actum, de quo dicit, non penitus remoueat, sed ad certum duntaxat tempus, suspendat. Bart. & DD. in fin. ff. ad SC. Trebell. clarè patet, faminas, quancumque existere hac cõditione, deficientibus, scilicet, masculis, denuò admitti. III. Ratio est, quòd contrarium, faminam nimirum, perpetuò exclusam manere, nullo Iuris textu cautum reperiatur, erubescimus autem sine lege loqui.*

98. Non obstat quòd in c. 1. §. quin etiam tit. Episcop. vel Abat. dicatur, faminam relicto masculo vltius non admitti; hoc namque tamdiu verum est quamdiu masculi extant; quasi dicatur faminam vna cum masculis, simul non admitti; sic nonacula nostra Germanica lingua dictio vber das/Romana vltius, cum vocalis ju dem/mu dem synonyma est.

99. Quo

99. Quo in puncto, perquam sapienter certè, benèque Ser. mus Princeps Iuliacensis, G V I L I E M V S, Filiabus suis, earumque descendenti-
 bus masculis prouidit, dum in Priuilegio suo ab Imperatore Carolo. V. 10
 Anno. 1546. impetrato, & à Maximiliano. 1566. confirmato obtinuit, vt se,
 filijsuè suis sine masculis Quandocunq̃ue decedentibus, Filia, earumue
 hæredes masculi admitterentur. sic namque sonat tenor Priuilegij. ibi.
 Also wann es sich füegen würde / daß gedachter Herzog Wilhelm / mit
 obgedachter seiner Lieb Gemahl / vnser Nuemen / keinen Ehlichen Mannli-
 chen Leibs Erben / vberkame / oder gleichwol Mannliche Leibs Erben mit
 Ihrer Lieb erwürbe / die aber nachgehèds / (vber kurz oder lang) ohne Ehe-
 liche Mannliche Leibs Erben abgiengen / re. daß alsdann / so kein Mannli-
 cher Ehlicher Leibs Erb von sein Herzog Wilhelms Lieb erboren / mehr
 vorhanden ist / obgenante S. L. Fürstenthumb Land / vnd Leuth / die von
 Uns / als Römischen Kenser / dem Heyl. Reich zu Lehen rühren / auff Sein
 Herzog Wilhelms Ehliche Töchtern / mit gedachter Seiner Gemahl Kö-
 nigin Maria / vnser Lieben Nuemen / Ehliche erworben / oder wo der sel-
 ben keine danmahl im Leben wer / vnd aber von einer oder mehr Ehliche ge-
 born Leibs Erben vorhanden weren / alsdann auff dieselben S. L. Töchtern
 nachgelassene Ehliche Mannliche Leibs Erben / so derselben zeit im Leben
 seyn / fallen / kommen vnd ihnen folgen / vnd zustehn sollen / vnd in solchem
 fall / ihnen vnd ihren Ehlichen Mannlichen Leibs Erben / wo sie deren einig
 hinder ihnen verlassen von vns / oder vnsern nachkommen am Reich zu Lehe
 gnädiglich verlihen werden sollen ; quibus sane Verbis, ibi. (vber kurz oder
 lang /) quidquid, de Iure communi Feudali secundum communiorè forsi-
 tã, non tamen veriore obtineat, hæredibus foeminis, æque ac mascu-
 lis præclarè prospectum, & omni Doctorum altercationi Via præclu-
 sa est.

100. Et verò eousque prædicta Foeminarum ad Feuda capienda incapaci-
 tas infirma est, vt non-nullos reperire casus sit, quibus vna cum masculis
 admittantur : quòd si namque tenor inuestituræ, tanquam antè omnia at-
 tendendus. *tex. in c. 1. ibi. Propter tenorem inuestituræ de duobus fratribus.*
à capit. inuestit. & ibi Isernia. n. 1. Bald. n. 3. Frid. Schenk. L. Baro
de Tautenberg. n. 4. & Feudista communiter Henr. Rosenth. c. 1. cond. 12. n. 1.
Foeminas Pariter, simul, æqualiter. Iacob. de S. Georg. in V. foeminis. n. 10.
 Daß die Töchter mit den Söhnen zu gleich succediren sollen. *Hartman.*
Pistor. lib. 2. q. Iur. p. 2. q. 35. n. 29. Sicut, Quemadmodum Iacob. Cueat.
l. 1. Feudor, tit. 2. §. quin etiam pe ault. per text. express. in cap. item si quis eo
tenore in cap. extraord. subtit. 104. lib. 5. feudor. aut etiam Cum facit tex. in
c. 1. de duab. fratrib. à capit. inuestit. c. 1. §. fin. per quos fiat inuestit. tex. in c.
 1. §. filia

1. *S. filia de success. feu*. masculis vocet, is certè seruandus, *Schrad. p. 7. c. 4. n. 73. & seqq.* & foemina v. a cum masculo, paris gradus, admittenda, erit. *Herr. Rose: th. d. l. c. 7. cond. 41. n. 1. 2. 3. & 4.* quibus casibus etiam masculum remot. orem à foemina excludi rectè docet *idem Rosenth. d. l. c. 7. cond. 41. n. 12.*

101. Concludat huius successioneis speciem, Quæstio huic loco maximè consequens: An scilicet casu, quo in inuestitura, Vasalli si is sine masculis moreretur primogenitæ, aut cuius filia, tunc temporis, quo masculus nullus supererit, superstiti, earumue hæredibus masculis feudum defertur, Neptis ex præmogenita ante defectum masculorum decedente, nepotè ex secundogenita, dicto tempore adhuc superstiti, excludat? Ego sanè negandum, & nepotem ex secundogenita hoc in casu præferendum esse ne quidè dubitauerim. Ratio I. euidentis consistit in generali Regula, qua perhibetur, foeminam, ex pacto in feudo succedentem, deficientibus demùm masculis admitti; atqui hic masculi non deficient, etsi ex foemina descendentes, ergo manet inconcussa Regulæ dispositio *per tex. apertum in c. 1. de eo qui sibi & hæredibus mascul. c. 1. S. similiter. de capit. qui Curia vend: Hartm. Pistor, q. l. 2. q. 35. n. 1. 2. & aliquot seqq.* Altera Ratio ex ipsa non tam præsumpta. quàm expressa vtriusque acquirentis. & concedentis mente deducitur, dum expressis Verbis, ad hoc vt Neptis ex primogenita admittatur, masculum ex secundogenita non existere debere requirunt, vel potius existente masculo foeminam excludi volunt Verbis. Earumue hæredibus masculis, vt in thesi positum, & cuius, seposito omni affectu, planius consideranti, obuium est: clarioribus namque Verbis, eius, quæ deficientibus masculis non superfuerit, hæredes foeminas excludere non potuisse arbitror.

CAPVT IV.

De Successione secundum Tabulas Matrimonij seu Pactis Dotalibus, & Vnionem Prolium.

102. **H**Actenùs de primis quatuor successioneis Anomalæ speciebus, quarum aliæ Viros, aliæ Foeminas Illustres duntaxat respiciunt, superest, vt, de postremis duabus vtrique Sexui communibus, & I. quidem de successione secundum tabulas Matrimonij, seu pactis Dotalibus, quid sint, quomodo fiant, quemnam effectum sortiantur, quam ratione finiantur, aut effectum suo destituantur, denique de Vnionem Prolium, pauca subijciam.

103. Sunt autem Pacta Dotalia, vulgo *Ein Ehestiftung/ Ehevertragsvertrag/ oder Abredt* ic. vt plurimum præuijs, de futuro, aut præsentem Matrimonio,
D Spon-

sponsalibus. L. 1. & L. 12. §. 1. ff. de pactis dotalib. Coniugum, Sponso-
rumuè, & eorum quorum interest; arg. de L. 1. §. 1. & L. 7. in pr. ff. d. 10.
de eò, quòd Coniuges &c. tam stantè, quam dissoluto matrimonio,
non modo in dotè, aut donatione propter nuptias, sed & alijs bonis
ab inuicè consequi aut quoquo casu percipere debeant, Conuentio.
Schneid. ad tit. Instit. de heredi. qua ab intestat. defer. in quarto ordine succed.
inter Virum & Vxor. n. 1.

104. Cuius sanè conuentionis tenor ante omnia in huius successione
specie inspiciendus. Schneid. d. loc. & seruandus est. L. in traditionib. ff. de
Pactis. L. Legem. Cod. eo. VVesemb. parat. de Pactis Dotalib. n. 1. nisi re-
pugnet Legibus. Bonis Moribus, aut occasionem delictis præbeat. L. 5. L.
Pompon. 6. ff. de Pact. dotalib. L. heredit. 5. Cod. de pact. conuentis. VVesemb.
ibid. n. 2.

105. Quibus prima fronte ferè necessariò consequens videtur, pactis do-
talibus de successione coniugum, hereditate, aut quota eisdem disponi
non posse. iuxta. L. stipulatio hoc modo concepta. ff. de V. Ob. L. pactum quod
dotali, L. fin. Cod. de pact. L. pactum dotal. Cod. de collationibus. & DD. ibid.
maximè quòd pactis hereditas non deferatur. text. in L. hereditas. Cod. de
pact. Conuent. Decius cons. 608. n. 8. inc. p. Viso eleganti. Alex. consil. 28. vol.
3. n. 4. incipit ponderatis verbis Andr. Gail. obseru. lib. 2. obs. 125. n. 3. vel cer-
tè, casu, quo in iisdem de successione inter coniuges conuentum est, huius-
modi pacta vltimarum Voluntatum Naturam assumere VVesemb. parat. ff.
de pact. dotalib. n. 4. & consil. 71. n. 21, atque inde quinque ad minimum te-
stes requirere. iuxta. L. fin. Cod. de Codicillis. L. fin. Cod. de donat. caus.
mort. & contraria Voluntate, altera parte etiam ignorante, vel inuita mu-
tari minuiuè posse. per L. pactum 15. ff. de Pactis. L. fin. ff. de pactis dotal. L.
4. ff. de alim. legat.

106. Cæterum quo minus hisce omnibus subscribam, tum naturalis æ-
quitas qua pacta conuenta seruari iubentur. c. 1. quod semel. de R. 1. in 6.
L. 1. ff. de pecun. constit. L. non minorem. 20. Cod. de transact. cum simil. tam
ea me Iuris Ratio mouet, quòd eo ipso, quo hæc pacta, communi totius
Germaniæ vsu valere sciuntur. VVesemb. ff. d. tit. n. vlt. Gail. obs. lib. 2. obs.
78. n. 2. etiam seruari iubeantur: cum pacta legitima etiam Municipali-
bus legib. subnixæ dubio procul seruanda sint. L. 1. L. iurigent 7. §. 7. ff. de
Pact. v. de iur. thesis 6. sup. c. 1. Accedit fauor matrimoniorum, ad quæ pactis
conuentis multi inuitantur, qui sane alias sic contrahere intermitterent, si
timori retractationis pactorum perpetuo subiecti esse deberent. Anton.
Fab. ad tit. Cod. de pactis conuent. tam. sup. dotè. &c. desinit. Ripa. resp. 1.
de pact. m. 4. & 5. argt. L. si extraneus. 6. ff. de cond. et. caus. dat. iuncta. L. si
& nataris 9. §. 1. d. t. L. 5. §. pen. ff. de dol. m. u. exc. pt.

10. Fiunt autem pacta dotalia, a personis contrahere, aut de Rebus
suis

fuis disponere non prohibitis, Filias dotare, aut Filijs donationē propter nuptias largiri vel obligatis, vel volētibus: Obligati sunt Parentes omnes per Virilem sexum ascendentes, tam emancipatas dotare, quàm in potestate constitutas. *L. qui liberos. ff. de ritu nupt. L. fin. Cod. de dote promissa. L. dotem ff. de c. mat. bonor.* Item Fratres ex eodem Patre nati, arg. à contr. sensu ff. de administr. tutor. *Odofred. in tr. suo de dotis restit. n. 1. & 3.* Volentes sunt, regulariter Mater. *L. Mater. Cod. de Iure dotium.* Agnati, & Cognati, imò subindè etiam prorsus extranei, arg. *L. vnica §. accedit. Cod. de R. V. act. l. fin. §. similique modo. Cod. de Iure dot.* dotem namque promittendo, omnes cuiuscunque sexus vel conditionis obligantur *L. promittendo. 42. ff. hoc tit. VVesemb. parat. tit. de Iure Dotium. n. 3.*

108. De bonis vel omnibus *L. mulier bona. 72. ff. de Iure dot. L. 4. Cod. eod.* etiam Paraphernis: vel certis in dotem assignatis vt fundo, Domo, Lapidicina, certa pecuniæ summa. *L. res. 43. cum LL. seqq. ff. de Iur. Dot. L. vnica. §. cum autem Cod. de R. V. A. L. si ante 6. cum LL. seqq. ff. solut. matrim.* Etsi namque regulariter Maritus inuita Vxore rerum Paraphernalium Ius aut administrationem de Iure com. non habeat. *tex. in L. hac Lex. Cod. de pact. conuen. & L. de his. Cod. de donat. inter V. & V.* tamen pacta de ijs inuita valent. *Schurff. consil. 7. n. 4. cent. 2. incip. Casus talis est. tex. in L. pacta conuenta. ff. de pact. dotal. Andr. Gail. obs. lib. 2. ob. 78. n. 6.*

109. Quin & nomina, Iura &c. Res incorporales in dotem dari posse nulla Iuris Ratio vetat, cum nusquam Iure cautum sit corpora, in dote requiri. quod autem non vetatur cur stare prohibeatur, imò expressis Iuribus Iura in dotem dari posse exprimitur. *L. 2. Cod. de act.*

110. De Feudis quid? an nē Mulier ea in dotem Maritus in donationem propter nuptias dare, & pactis dotalibus comprehendere poterit? aio *per tex. in c. 1. de eo qui sibi & heredib. c. 1. de inuestit. DD. in c. 1. §. donare. qua lege olim Feud. Curt. in tr. feud. l. p. 4. n. 93.* & consensum Domini securitatis non necessitatis causa requiri *cum Rosenth. in Syn. feud. c. 9. concl. 9. n. 12.* per hoc tamen nec agnatis à muliere, *d. Rosenth. d. l. n. 3.* nec à Marito, per Feloniam Mulieri præiudicari posse assero. *cum d. Rosenth. c. 10. n.*

111. Ex quo patet non minus Vsumfructum. *L. Res 17. L. si sacrus 18. & L. seq. Cod. de Iur. dotium;* quàm etiam proprietatem, in dotem dari posse: eo quòd nulla ratio. quo minus id fieri possit, assignari queat. resolutò tamè Iure primi Vsumfructuarij, etiam acceptoris Ius resoluatur. *per vulg. L. lege liberali. ff. de pignor. & hypoth.*

112. Ad formam, præterèa, horum pactorum quod attinet, eam nec scripturam argt. *L. pact. 17. Cod. de pact. conuent. tam super dote &c. L. fin. §. 1. ff. de pact. Salicet. in auth. eo decursum. n. 1. Cod. de donat. ante nupt. VVesemb. parat. ff. de pact. dotal. n. 4.* nec quinque testium præsentia. iuxt. dicta. *sup. th. 106. & 16. opus habere per c. cū esses. 10. ext. de Test. autumo. Cont. VVesemb. cons. 71. & d. l. n. 4.* quàmuis de communi Germaniæ consuetudine

t. ... & iocorum statutis, aut coram Notario vel Magistratu pluribusue cognatis vtriusque contrahentium aut familiaribus fieri non negem.

113. Qua in Re sanè, ea perpetuò aduertenda est differentia, ne Testamenta coniugum reciproca Iure communi li ita. *per tex. in l. licet Cod. de pact. vbi Bald. n. 1. Sal. c. 1. n. 1. Castr. n. 2. Iason. n. 3. Oldrad. in terminis conf. 174. incip. Thema est tal. Vir & Vxor per totum.* quia vicissitudinaria. Cynus. in l. si pater puelle n. 2. Cod. de inoff. testa. Hippol. Rom. Socin. alij. Andr. Gail. obs. lib. 2. obs. 117. n. 6. imò Germaniæ notissima plurimorum locorum consuetudine recepta, & in Camera Imperiali confirmata. Andr. Gail. d. lib. 2. o. f. 117. n. 6. in fine. cum pactis Dotalibus de successione coniugum disponentibus confundamus. Testamenta siquidem, vtpote vnus duntaxat voluntate contenta, in contractibus celebrari nequeunt, *quo facit tex. in l. Versa. 26. ff. de V. S. pacta dotalia duorum consensum requirentia secus.* illa ad extremum vsque spiritum ambulatoria. l. 4. ff. de adm. leg. L. 1. Cod. de SS. Eccles. in his quod semel placuit amplius displicere nequit. c. quod semel. de R. 1. in 6. l. 4. Cod. de obl. & Act. in ijs, de eo, quod post mortem suam fieri coniuges vel nt, disponunt, *argum. l. 1. ff. de Testam.* in his quid vnusquisque coniugum etiam constante, nec per mortem dissoluto matrimonio, consequi debeat, declarant. Schneid. ad tit. instit. de success. ab intestato in IVto. ordine succed. n. 1.

114. Solenne pactis dotalibus est, de dote aut donatione propter Nuptias reddenda disponere, qua sanè dispositione, de Iure communi, non presentibus, ius nullum quæritur *iuxta l. 1. §. pacto. ff. de pact. dotal.* Verùm ego hanc Iuris communis dispositionem, recepto Vsu non obseruari, & proximis etiã agnatis vel cognatis, eo casu, quo expressè inter contrahentes conuenitur, vt dissoluto per mortem matrimonio, atque altero coniugum sine liberis decedente, Dos vel donatio propter Nuptias, ad proximos cognatos reuertatur, etiam absentibus, aut nondum natis, us quæri, autumo. præterquam enim, quod vnusquisque sibi, & hæredibus suis, cum quibus etiam eadem persona est, prospexisse censeatur *per vulgatam l. 9. ff. de prob. accedit quòd in l. si ita 9. ff. de pact. dot.* expressè dicatur, eiusmodi pactum, benigna interpretatione defendi, posse, & ex eo vtilem stipulationem, concedi, maximè quòd solennis ea stipulationum formula contrario vsu in desuetudinem abierit, cuius solennis stipulationis Ratione alter alteri stipulari olim non poterat. *§. si quis alteri. Instit. de inutilib. stipulat. l. stipulatio ista. §. alteri. 17. ff. de V. Ob.*

115. Illud mihi verò similius videtur, quòd, etsi de dote in pactis expressum duntaxat sit, de donatione tamen propter nuptias æque intelligatur, tam restitutio, quàm alia de ea facta conuentio, *per l. fin. Cod. de indicta v. duitate arg. l. cum multa §. fin autem donatio quidem. Cod. de donat. ant. nupt. Hartm. Pistor. quest. lib. 1. q. 14. n. 7.* quàmuis non negem æqualitatem inter Dotem & Donationem propter nuptias, vsu non seruari. *cont. auth. æqualitas Cod. de pact. conuent.*

116. Sed & illud fere omnibus Dotalibus pactis commune est, vt tam, quid soluto, quam constante matrimonio, & casu cum existentium, tum non existentium liberorum seruandum sit, caueat: Et verò licet constante Matrimonio Maritum, Dotis, Usam fructuum dumtaxat habere Iure communi certum sit, ob onera scilicet Matrimonij. *l. dotis. 7. ff. de Iure dot. & l. pro onerib. 20. C. eod.* cum fictione Iuris tantum, non verè Dominium habeat. *arg. l. in Reb. Cod. d. to. Schneid. ad pr. inst. quib. alien. l. et vel non. n. 5.* attamen communi vsu Germaniæ pactis dotalibus constituitur, vt Dos quoad proprietatem etiam Marito concedatur, cum onere tamen eam certis casibus restituendi.

117. Et quidem soluto Matrimonio, dotem ad Vxorem eiusuè hæredes etiam extraneos deferri, tam Iure communi *t. t. ff. soluto matrimonio.* quam etiam pactis, communiùs obtinet. Verbis vulgaribus sic exprimunt, daß die benderseits gegebene Güter/auff den Fall etc. sollen zu rück fallen / vt in omnibus ferè formulis, & notulis Instrumentorum dotalium videre est. quamuis vt dos non reddatur pactis conuenire & possit, & soleat.

118. Vbi tamen multum referre censeo, quisnam filia dotem det, & reddendam paciscatur; equidem cum pater dotem dans, filia reddendam pactus est, Dos priuilegijs pluribus, vt, prælationis contra quosuis creditores etiam expressam hypothecam priorem habentes, gaudet, *tex. expressus in l. asiduis Cod. qui potiores in pignore.* cum aliter Mulieribus satis prouisum non esset, quamuis aliud de Iure Bauar. obtineat. *Sant. Process. tit. 2. art. 11* item actio de dote est bonæ fidei & c. *l. sed & si ideo maritus. 21. in fin. ff. solut. matrim.* cum è contra casu quo extraneus dotat, is, nec priuilegiu prælationis, nec bonæ fidei actionem consequatur. *Schneid. ad S. fuerat. instit. de actionib. n. 12.*

119. Cæterum cum solutio Matrimonij non vno modo fiat, id quod de reddenda dote cauetur non æqualiter obtinet: Enimuerò casu quo matrimonij dissolutio alterutrius coniugis delicto fit, emolumentum ad delinquentem nullum prouenit, cum nulli dolus suus debeat patrocinari, *l. in fundo ff. de Rei Vind. l. 1. C. de dolo malo.* neque quisquam, ex eo quod pœnam meretur, commodum sperare debeat, & leges fæminis, deceptis non decipientibus suis beneficijs succurrant. *per vulgata Iuris Axiomata.*

120. Vnde soluto matrimonio culpa alterius coniugum. *l. Lucius ff. solut. matrim. l. si dotem. C. de Iure dotium. l. consensu. Cod. de repud.* vt adultèriò. *d. l. consensu. l. vlt. C. ad. l. Iul. de adulter. c. plerumq. ext. de don. inter V. & V.* aut sine causa diuortio à muliere factò. Dos repeti nequit. *d. l. consensu. Cod. de repud.* quia verò Matrimonium inter fideles ritè initum, atque consummatum, nullo ex capite, quoad vinculum dissolui potest, quoad torum autem, & mensam, vt dissoluatur, certæ causæ subesse debeant, posterior thesios pars, de diuortio sine causa factò, nullius ferè utilitatis est.

121. Ad casum existentium liberorum quod attinet, frequentissimè ea obtinet inter contrahentes conuentio, qua superstiti coniugi de prædefun-

Si coniugis bonis, pars pro liberorum numero ad dies Vitæ conceditur: Das; das überlebende solle einen Rindtschail sein leibs lebenslang gemessen / und haben: quam partem rursus in dotem secundi matrimonij dare. *l. hâc editali. Cod. de secund. nut.* non prohibetur; Ratio est, quod in ea parte, quando viuit, libera concedatur disponendi potestas, dummodo morte eiusdē contingente, salua sit prioris matrimonij liberis.

122. Quod si alterutrum coniugum sine liberis ex se quæsitis decedere contingat, vt plurimum restitutio, in pactum deducitur; quamuis etiam contrarium, & pactum de lucranda dote non raro obtineat, exemplo est pactum dotale inter Ioannem Fridericum Ducem Saxonix & Sybillam Cliuensem de an. 1526. vbi, casu quo Ioannis Friderici coniunx Sybilla sine liberis decederet, ad Duces Cliuenses de dote nihil rediret. conuentum est.

123. Habet autem Maritus etiam eo casu quô maximè restitutio facienda est, non contemnendum Priuilegium, vt, scilicet, vltra quam facere potest, reddere non teneatur. *§. item si de dote. instit. de action. l. sunt qui. 16. ff. de Re iud. l. in condemnatione. 173. ff. de R. Iuris. l. vni. à Cod. de R. V. A.* nisi extraneus dotans dotem sibi saluto matrimonio restitui stipulatus esset. quo casu priuilegium, tanquam causa priuilegij, quæ est vitæ coniugalis præteritæ Reuerentia & honestas, in extraneo cessante, cessat. *Schneid. ad d. §. item si de dote. instit. de actionibus. n. 8.*

124. Hoc sanè extra controuersiam à Doctoribus constituitur. Dote constituta & promissa, nec tamen numerata, etsi fructus, & Usuræ à tempore moræ peti per maritum queant. *arg. c. salubriter. 16. ext. de Usuris.* attamen si eam Maritus se accepisse confessus fuerit, atque post decennium Mulier moriatur, & restituendæ dotis conditio existat, maritum exceptione non numeratæ dotis se tueri non posse. *auth. quod locum Cod. de dote caut. à non numer. t. à Schneid. ad. §. fuerat. instit. de actionibus. n. 64.* quod si tamen intra biennium Vxor decedat, Exceptionem non numeratæ dotis, à Marito hæredibus Vxoris dotem repetentib. obijcere posse æquè inter DD. conuenit. *Schneid. d. loco.*

125. Et verò confessionem hanc constante Matrimonio factam Naturam Donationis inter coniuges *l. 1. 2. & ll. seqq. imo toto tit. ff. de donat. in V. & V. & Cod. eod. ne affectio maritalis venum proponatur. d. l. 1. & 3. ff. d. t. prohibitam, sapere. Bart. in l. cum quis decedens. §. Titia de leg. 3. Bald. in l. 1. Cod. de inoff. donat.* atque exinde reuocari posse, lubens concedam, nisi, eam donandi animo factam non esse, appareat.

126. Effectus pactorum dotalium, præuijs duntaxat sponsalibus de futuro, contractorum, potissimùm à solennisatione Matrimonij dependet, quâ etiã non raro in iisdē contrahentes promittere solent: Ex quo fit, vt pacta dotalia vim probationis sponsaliorum de futuro, nō immerito sortiantur: cū propria confessio, præsertim in publico instrumento, sit optima regulariter probatio. *arg. l. si confessus. 5. ff. de custod. & exhibit. reor.*

126. Quid

127. Quid igitur nō subsecuto matrimonio? nullius efficaciam erunt pacta dotalia, eo quod dos sine matrimonio intelligi aut consistere nequeat. l. 3. ff. de Iure dot. l. fin. Cod. de donat. ante nupt. si tamē contrahentes bona fide matrimonium putatiuum solenniserint dos etiam putatiua, Veræ dotis effectū consequetur, quoad fructus à Marito lucrandos &c. non tamen quoad omnia priuilegia l. si cum dotem §. si. mulier. ff. solut. matrim. Bart. ibid. Ioann. Campesius de dote p. 1. q. 97. n. 1. & 3. bonam autem fidem requiri. text. est in l. à duo ff. de ritu nupt.

128. Cæterum consummationem Matrimonij ad effectum pactorum dotalium requiri, nullus sanè dixerim: Ratio est, quod Nuptias non concubitus sed consensus faciat. l. nuptias. 30. ff. de R. l. vnde simulatque hīc de præfenti in facie Ecclesiæ. id est, coram Parocho & duobus vel tribus testibus &c. Zypæus in sua Analitica Iuris Pontificij noui enarratione lib. 4. de sponsalib. & matrim. per C. Ecclesia. de consecr. dist. 1. cap. relatum. 2. ext. de Testam. interpositus est, licet nec dum copula consummatus sit, adulterium committitur. cap. d. secretionem. ext. de eo qui cognouit consanguineam. donatio inter coniuges prohibetur l. vlt. ff. de donat. inter V. & V. legatum sub conditione si nupserit conferri debetur l. cui fuerit ff. de condit. & demonstrat. quid ni igitur etiam sponsa ante consummationem mortua lucrum dotis ex statuto, vel pacto, superstiti coniugi cedat? Andr. Gail. obs. lib. 2. obs. 80. pactis tamen contrarium conuentum subsistere, æquè non negauerim, cum pacta dent Legem contractui.

129. Quin & post contractum Matrimonium, pacta hæc interposita, illud etiam, si de eò mentio fiat, probare, bene sentit. Camill. Porell. Decisionum suarum tit. 18. de fide Instrumentorum n. 273. & Decius. in L. ex his. §. 11. Cod. de milit. testam. & in cons. 35. n. 3. & 4.

130. Quia verò Matrimonium non est modus dissoluendæ potestatis patriæ de Iure communi. argt. i. tit. instit. quib. modis Ius patriæ potest soluit. interpret. in §. sed si pater instit. de pat. potest. licet Germaniæ consuetudine, cū filius à parente diuersum focum habere incipit, patriam potestatem exiisse videatur. vnde in quibusdam locis Germaniæ, matrimonium contrahentes, Frenhen dicuntur, quasi liberi & sui Iuris futuri, sed meo iudicio malè, nisi per Ironiam dicere velimus, eos libertati assignari, cum magis in maiorem seruitutem redigantur iuxt. illud, Vxorem duxi, libertatem vendidi, &c.

*Libertas quoniam iam nulli restat amanti,
Nunquam liber erit, quisquis amare velit.*

Ideo etiam neque per Instrumentum dotale, patriæ potestatis dissolutionem, probari, necessario consequitur: cum non id agant contrahentes, vt è patria potestate exeant, nisi in consequentiam, sed qua ratione alter ab altero quid consequi debeat.

131. Potissimus certè pactorum dotalium Instrumentis ritè confectorum, ef-

rum, effectus est vt contenta in eo quàm maximè sint vtrinque seruanda, adeo quidem vt (dummodo matrimonium secutum esse probatum sit *Camillus Borell. tit. 19. n. 37.*) contenta in eo paratam habeant executionem. *Bald. in L. 2. in fin. vers. & pone Cod. de execut. rei iud. cata. Prosper Caraut. in ritu. 167. n. 4. Franciscus Viuius. in decis. 39. n. 3.*

132. Quod certè adeò verum est, vt, casu, quo inter contrahentes, de mutua & reciproca in omnibus bonis successione conuenit, etiam prohibitu testandi facultas adempta sit, etsi enim hoc fieri nullatenus posse videatur, attamè Vsu eiusmodi pacta sanè sustinentur, non obstante, qui videtur subesse bonorum morum defectu.

133. Ne tamen nimiam pactis dotalibus efficaciam tribuisse videar, quin nonnulla sint quæ effectum eorundem sistant nullus dubito, quid si enim Legib. Municipalibus, contractui Matrimonij, bonis Moribus canonicis repugnèt, aut indotatas mulieres reddant? Vim certè ijs in prædictis nullam tribuero. *L. 2. & 4. ff. de pact. dotalib. L. 5. L. pomponius. 6. ff. eod. L. hereditas 8. Cod. de pact. conuent.*

134. Deinde, quid si inter personas ad contrahendum inhabiles? de rebus commercio hominũ non subiectis? non obseruatis statuto loci requisiti solennitatibus inita sint? certe nullo horum casu Vim ijs aliquam concessero: de non subsecuto matrimonio dixi sup. thes. 127.

135. Denique cum regulare sit vnum quodq; eo modo dissolui quo colligatum est *L. nihil tam naturale ff. de R. I.* pacta etiam dotalia vtrorumque contrahentium Voluntate & consensu rursus dissoluta, effectum suo destituentur.

136. Tandem cùm in secundarum Nuptiarum pactis dotalibus frequens admodum sit Vnio prolium quam sextam successionis Anomalæ speciem constitui, ideo de ea pauca subiiciam, interim hæc de pactis dotalibus sufficiant.

137. Est autè Vnio, seu Pariatio Proliũ, vulgo *Ein EinKindschafft* ad similitudinem Adoptionis *Bartholom. Musculus de success. conuent. class. 1. memb. 3. lit. B. Richius de Vnioneprolium c. 9. per tot.* ob utilitatem Reipub. & cuius interest Litibus. *l. fin. ff. pro socio. l. 13. in pr. Cod. de contrah. stipulat. Fratrumque altercationibus Viam præcidi. l. cum oportet. S. 2. in fine. Cod. de bonis quæ liberis.* rationabili Germaniæ consuetudine *Musculus d. loco. ad litt. D. Rich. d. l. c. 3. Andr. Gail. lib. 2. obs. 125. Cameralique Iudicio. Andr. Gilman. Symphorem. tom. 1. p. 3. vol. 13. & tot. 3. quest. Iuris controu. verb. Vnio prolium Gail. d. loco. & plurimum Urbium ac Prouinciarum Municipali Lege. Mannische Constitution von ein Kindschafft/ Ehurfürstliche Trierische vnder Gerichts Ordnung/ Ehurpfalz Landrecht p. 2. tit. 25. Pfalz Zwenbrück. Landr. p. 2. tit. 20. Sülchische Rechts Ordnung Herzog Wilhelms c. 75. recpta, nihil aliud, quàm Pactum Magistratus autoritate subnixum, quo diuersi matrimonij liberi in hæreditatem proximorum deficientium Parentum,*

tum,

tum, & hi in illorum pariter successuri, ab his quorum interest declarantur. *Iacob Richius de Vnione prolium c. 1. n. 8.*

138. Constituunt eam paciscentes, coniugari non prohibiti. *arg. l. nec enim. §. quod eis. ff. ex quibus causis maiores.* Bigami, vel vterque vel alter contrahentium, liberos ex priori matrimonio habentes; vt plurimum ignobiles, & plebei, cum huiusmodi prolium pariationem inter Illustres Personas Gentilitia pacta excludant. *Rich. d. l. c. 4. qua persona Vnionem prolium facere possint.*

139. Forma modusque, & certa earum solennitas, pro diuersitate statutorum, ac consuetudinum diuersificatur. Illud tamen omnibus commune est, quod exemplo Arrogationis causâ cognitâ. *§. 3. Instit. de Adopt. Pet. G. Ikeln. tr. de præscript. p. 3. c. 3. n. 80 & 81.* coram Magistratu vel fiant, vel inter contrahentes coram ijs quorum interest, proximorum scilicet agnatorum. *arg. l. 2. Cod. de adopt. vers. si hi qui sanguinis necessitudine coniunguntur. l. 5. §. 1. ff. ex quibus causis in possess. eatur. Muscul. d. loco. litt. K. Richius. c. 1. n. 8. & c. 6. n. 8. & 9.* factæ, Magistratui actisque publicis infuentur. *Muscul. d. class. 1. memb. 3 ad litt. H. arg. l. 1. Cod. de emancipat. liber. l. 36. ff. de adopt. l. 71. & 195. ff. de R. I. Hieronim. Treutl. vol. 1. d. sput. 2. th. 1. litt. G.*

140. Vniri autem, pariarique possunt, solentque liberi vtriusque sexus sui & emancipati, naturales, & legitimi, vel etiam naturales tantum. quamuis dissentiant *Musc. d. l. litt. P. n. 112. Richius. 4. n. 4* maximè vsque ad præscriptum Legibus emolumentum. *arg. nou. quibus modis naturales efficiantur sui. 89. ff. si quis igitur. & L. naturalis. 7. ff. de confirm. tut.*

141. Et quia hoc pactum, vt altercationum materiæ inter fratres ratione successions, occasione secundi matrimonij de facili suscitandæ. *Musc. d. l. litt. D. n. 41.* atque inæqualitati inter filios. *secundum nou. 22. c. vlt. auth. que tertiæ Cod. de Collat.* via præcidatur, inductum est, *Gail. l. 2. obs. 125. Richius. c. 3.* ideo conueniens erit, quanam bona in id deducantur. *de quibus Rich. c. 5. per tot. dispicere.*

42. Ea igitur, quæ ex successione tam paterna quàm materna ad vnitos liberos deueniunt, atque in legitimam imputantur, communicanda sunt, *Barthol. Musculus. d. l. de Vnione prolium. Rich. c. 4. n. 1. & 5* Vnde ea quæ studiorum gratia vel donationis titulo filijs competunt, aut quæ tam toga, quàm sago vnicique acquisita sunt, in hoc pactum deducta non intelliguntur. *Rich. c. 5. n. 1. & seqq. Musculus. d. loco litt. E. n. 132.*

143. Vt autem præfixus æqualitatis scopus eo certiùs attingatur, bona vtriusque paciscentis liberorum in Inuentarium redigi, non minus consultum, quàm receptum est, vnde causâ cognitâ appareat, expediatnè liberos eiusmodi vniri, & paritari, quòd si videatur alterutrius paciscētis liberos ex omnimoda pariatione, damnificandos fore, æquissima ratione introductum est, vt ditioribus certa bona præcipua, vulgò, *in dem vorans* assignentur.

E

nentur.

nentur. *Musculus. d. class. 1. memb. 3.* quæ bona, sicut & ea, quæ neque cum naturalibus simul de Iure communi conferrent, in Vnionem non deducuntur.

144. At verò vbi inæqualitas tanta liberorum est, vt sine damnificatione pariari nequeant, nisi alia etiam, aliàs non conferenda bona conferantur, hoc sanè casu conferri, & in pariationem deduci debent ea, quibus siue studiorum, siue dignitatum acquirendarū occasione impensis, opes parentum eneruatæ sunt. *arg. L. illud. § ad hæc. Cod. de collat. L. fin. Cod. com. vtriusque iud. facit. L. ex parte. 39. §. intestato. ff. famil. ercisc. & id quod tradit. Ias. in. d. l. illud. n. 8. & L. vt nemini. n. 4. Cod. de collat. Rich. d. c. 5. n. 16.*

145. Effectus Vnionis potissimus est, diuersi matrimonij liberos in proximorum decedentium parentum, & hos in illorum pariter successione vocare. *Rich. c. 1. n. 8. & c. 7. n. 1.*

146. Vnde sequitur Fratres vtrinque vnitos, neque Aui, aut reliquorū Ascendentium, *arg. l. si quis nepotem. 10. cum L. seq. l. quem filius. 26. ff. de adopt.* neque fraternam inter se se successione sperare regulariter posse. Ratio est, primo quòd eo potissimum sine vnio prolium sit inuenta, vt liberi vtriusque matrimonij parentum, atque hi illorum successione, instar naturalium & legitimorum filiorum capiant. *Rich. d. loco. Musculus. d. loco. litt. B.* Altera ratio quòd in huiusmodi pactis ordinariè de, auita aut fratrum inter se successione, mentio non fiat, quare, cum pacta regulariter sint stricti Iuris, *gl. in l. pacta. 6. ad V. nullum Cod. de pactis.* nec ad omissos casus, qui pro omissis habentur. *cap. ad nostram. 21. ext. de iureiur. arg. l. fin. Cod. de pact.* trahi debeant, ideo nec hanc Vnionem exoticè ad non conuenta extendere oportebit. *L. Si vnus §. ante omnia. ff. de pact.*

147. Accedunt Moguntinensis constitutionis, in camera confirmatæ, statuta, & exempla. *tit. von EinKindschaffen §. penult. ibi. Gemachte Kinder sollen vntereinander nicht erben / noch die EinKindschafft vber Väterlich vnd Mütterlich Erbschafft würcken / item Frensbürgische Statt Recht tit. 4. §. Gemachte Kinder erben einander selbst nicht. Reform. Principis Iuliacensis c. 76. §. fin.*

148. Notanter dixi regulariter, si namque expressim Instrumento Vnionis etiam ad auitam, aut fraternam successione extenderetur hæc pariatio, certè pactum seruandum esset. *arg. cap. quod semel de R. I. in 6. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pec. dicta constitutio Mogunt. ibi. Es were dann in der EinKindschafft ferner erklärt vnd mit Bekandnuß zugelassen. Rich. c. 7. n. 6.*

149. Hinc consequens est, Vnionem Prolium nec cognationem, nec patriam potestatem inducere. *Musculus d. loco litt. B.* cum non sit modus patriam potestati inducendi, nec ideo inuenta. *Richius c. 8. n. 1.* indeque nec matrimonium inter Vnitos impedire. *idem c. 9. n. 51.* quamuis, quia successione

tionem ab inuicem liberi parentesque sperant, etiam alimenta Vi Vnionis huius, inuicem præstari debere non negem, cum Richio. c. 8. n. 5. & 6. arg. l. alimenta c. l. si quis à liberis §. fin. ff. de agnosc. liber. & c.

150. Affinis maximè Vnioni proliū est Adoptio, eo quòd vtraque coram Magistratu, causà cognitâ, præsentibus ijs quorum interest, à consensum adhibere valentibus, per Parentes, inter liberos fiat, & ob alia quæ recenset Musculus d. loco. ad litt. B. Richius d. c. 9. sunt tamen inter vtramq; differentia plurimæ: hæc namque cognationem, patriam potestatem, successionem fraternam, Nuptiarum impedimentum, illa omnia secus inducit. videatur Richius. d. loco. qui 36. similitudines. & 15. Differentias inter easdem recenset.

151. Dissoluitur autem vnio ex causis rationabilibus, per vnanimè eorum quorum interest, quique consenserunt, dissensum Richius c. 10. n. 33.

152. Secus tamen per testamentum, ex post facto altera parte ignorante aut inuita superueniens. Ioann. Dauth. de Testam. mut. potest. n. 115. Rich. d. c. 10. n. 15. arg. l. sicut Cod. de obligat. Bartholom. Musculus d. loco. ad litt. R. n. 135. nisi causa ingratitude, Richius. d. c. n. 27. quæ namque causæ filiorum naturalium & legitimorum exhæredationem parentibus concedunt, quid ni huius Vnionis Vim in ingrato, & beneficium non merente, filtere queant? arg. Nou. 115. c. 5. l. congruentius. 4. & t. t. Cod. de pat. potest. l. unica Cod. de ingrat. lib. l. 1. de obsequi. parent. & patr.

153. Illud denique, An per remed. l. 2. Cod. de rescind. vend. aut beneficium restit. in integrum, ob enormissimam læsionem, ex superueniente numerosa prole secundi matrimonij, hæc vnio rescindatur? ob vtriusque partis rationum pluralitatem & releuantiam, pro huius de Vnione proliū disquisitionis Coronide, Problema esto.

154. Atque hæc sunt sex potissimæ Successionum Anomalarum species, de quibus principio dissertationis meæ, me tractaturum præmisi. quibus congruè adnumerari possent Ecclesiæ, Cœnobiorum in bona Clericorum ac Monachorum, Collegiorum Reip. & Fisci &c. in bona vacantia, successiones: Item Ius Ganerbinatus daß Gan Erben Recht/ inde originem habens, quòd, cum ante erectâ in Imperio Pacis Publicæ constitutionem, itinera Latronibus infesta essent, auch daß Faust vñ Koldē recht im Schwäg wero/ latronesq; in Arcibus suis die Raubschlösser dictis latitarent, quidam Nobiles alias arces munitas, extruxerint, atque certas confœderationis Leges contraxerint, Den Burgfrieden dictas atque sic confœderati Gemeine Gan Erben quasi condomini dicebantur; sed cum ex confœderationes ab auita degenarent virtute, & qui à Latronibus defendendi confœderarentur, latrociniis potissimi authores existerent, publicis LL. bus eorum est antiquata memoria. In dem Königlichem Landfriede zu Wormbs Anno 1495. auffgericht mit die Peen der Friedbrecher. Cluten in Syllog. quod thes. 26. litt. 10. sed & ridicula sanè est species, & plane Anomala successio, cuius meminit

Ioann. Stuck. Exercit. Iustin. p. 1. decad. 8. assert. 6. qua in Ducatu Brunsvicensi paganus Magistratus, bouem, defuncti pagani, pastor verò loci d en Hauffhaanen/ ædituus veroem Brattwurft acquirit. Deniq; Iuris Saxonici Interpp. Hartm. Pistor. Mollerus, VVesemb. Schneid. alijque de eâ successione diuersis in locis meminerunt, qua mulier defuncti mariti utensilia, excepto armamentario togato & sagato, sibi acquirit; de quibus speciebus tanquam admodum, specialibus, agere animus non est, sed sic Anomalas successiones hac dissertatione conclusisse sufficiat.

C A P V T V.

E P I T O M E I V R I S H A E R E D I T A R I I Serenissimo Principi Neoburgensi &c. in successione Iuliacensi competentis.

155. **P**ostliminio, Serenissime Princeps, ad Serenitatis Suæ, hæreditaria successione Iuliacensem concernentia Iura reuertor, atque ea, quæ ex hinc inde typo vulgatis, quorumuis Ius quoddam prætendentium scriptis, conijcere licuit, qua possum breuissima Epitome concludo. Vnde non abs re futurum arbitror, si paucissimis, facti speciem, & deuoluendæ, ad Serenitatem Suam, successione feriem, rationesque præmittam, ijsque, aliorum Ius quoddam prætendentium apparentia fundamenta subijciam, & elidam.

156. Neminem igitur, Iuliacensium ab annis retro multis gestarum rerum, vel parùm peritum, latere opinor, Quemadmodum Serenissimus Princeps pijsimæ memoriæ Guilielmus, Iuliæ, Cliuiæ, & Montiû Dux &c. Comes Marchiæ, & Rauenspurgi, Dominus in Rauenstein &c. Sertis. suæ Auis maternus ab Inuictissimo Romanorum Imperatore Carolo eius nominis V^{to}. intuitu frequentium Imperio Romano insigniumque prætorum seruitiorum anno 1546. Insigne Priuilegium, à Maximiliano. II^o. de anno 1566. confirmatum, eiusque tenore, impetrauerit, si absque hæredibus masculis, vel ijs quidem ex corpore suo prognatis, qui tamen sine hæredibus masculis, siue breui, siue longo post tempore, vita absque masculis rursus fungerentur, præmemoratum Principem Guilielmum relictis tantummodo filiabus decedere contingeret, vt tres eximij Ducatus Iuliacensis, Cliuensis, & Montensis, *So dē H. Röm. Reich zu lehen rührē* cū omnibus pertinentijs ad Filias Eiusdem, aut si tum temporis nullæ extiterint, ad Earundem Filios Masculos, eò tempore existentes, deuoluerentur. Cui insigni Priuilegio aliud insuper à Ferdinando I^o. de an. 1559. accessisse in confesso est, quo tres dicti Ducatus perpetuis temporibus, Vniti declararentur. At verò prædictû Principem Guilielmum relictis duobus Filijs Carolo Fridrico, nec non Ioanne Guilielmo, & quatuor Filiabus, Mariâ Eleonorâ, Anna Magda-

na, Magdalenâ, & Sybillâ decessisse contigit; Filia autem primogenita Maria Eleonora, Alberto Friderico, Marchioni Brandenburgico, & Borussia Duci &c. Altera, Anna, Philippo Ludouico p. m. Comiti Palat. Rheni &c. Stis. suæ Dno. Parenti, Matrimonio collocata fuit. Diuinâ tandem irreuocabiliter sic disponente prouidētia accidit, vt prædefunctis Carolo Friderico similiterq; primogenitâ Mariâ Eleonorâ relictis ex se Filiabus Principibus Borussia, Ioannes Guilielmus de familia Ducum Iuliacensium vltimus, an. 1609. 25. Martij, superstitibus Annâ, Magdalenâ, & Sybillâ sororibus, nec nō ex Maria Eleonora prædefuncta Neptibus, sine hæredibus vitam cum morte commutaret; quo lamentabili sanè casu ante annos omnino viginti existente, ea inter hæc Sorores, & ex Sorore Neptes Borussia, orta, & magno eorum quorum interest detrimento, necdum decisa quæstio est. Cuiam potiori Iure, an ex primogenita Ducis Guilielmi Filia, Ioannis Guilielmi natu maxima, & huic non superstiti, sed prædefuncta sorore Neptibus Borussia Principibus, vel potius Ser. mæ Annæ, Secūdogenitæ, D. Fratris sui mortem videnti Soli, vel cæteris ex æquo Sororibus deferenda sit successio.

157. Qua in quæstione, quò magis Serenissimæ Principi Annæ, Sertis Suæ Dnæ. Matri subscribam, nulla non magnopere cogit Iuris, & Aequitatis Ratio.

158. Atque vt paucis de Serenissima Principe Anna præmittam, Eam ad D. Fratris. Sui successionem admittendam, vulgatissima Iuris communis Regula iubet, qua dicitur *Der nechste Freundt sey nechster Erb/ item Der nechste bey dem Gesipp seie der nechste bey der Erbschafft: ex Nouellâ. 18. de hereditat. ab intestato. c. 3. in. pr. ibi Si igitur defunctus neque Ascendentes neque Descendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus Fratras, & Sorores. &c.* Atqui D. Princeps Ioannes Guilielmus neque Ascendentes, neque Descendentes reliquit, ergo Soror ad ipsius hæreditatē vocata, & admittenda est.

159. Cæterum his specialiora subnecto, atque Eam Solam ceteris tã Sororibus, quàm ex Sorore Neptibus præferendam, ex ipsis Priuilegiorum Caroli & Ferdinandi tenoribus deduco: Et quidem. I.º Eam, non solum Iure communi quod præmissi, sed & ex Concessione Caroli & Maximiliani, ad hæc Imperij Feuda, vocari & habilitari verbis Formalibus, deducturus, Vtar. sic autem in compendio. inquit Carolus V. tus *Wie Carll der fünffz/ Von Gottes Gnaden Römischer Keyser. Betennen öffentlich/ vnd thum kundt allenmänniglich/ mit diesem Brieff/ als ich der Hochgeborn Wilhelm Herzog zu Süllich. Uns demütiglich angeruffen vnd gebetten hat/ daß wir Seiner Lieb/ vnd derselben Gemahlen/ von Römischer Kayf. May. mache vnd gewalt/ diese besonder gnad vnd freyheit zugeben/ gnediglich gerüheten. Wo es sich gefugte/ das er bey vnd mit gemelten seiner Gemahlen/ vnser Nuemen/ in wehrender Ehe nit Söhne/ sonder allein Töchter vberkeme/ oder gleichwoll Söhn vberkeme/ die aber vor den Töchtern oder derselben Ehelichen Leibs Erben ohne Eheliche Manliche Leibs Erben Todtsfall abgiengen/ daß alsdann auff die Töchtern/ so von ihme vnd gedachter vns*

ser Nuemen/ seiner Gemahel Ehelich geböhren/ alle vnd jede seiner Lieb Fürstenthumb/ Graffschafften/ Herschafften/ Landt vnd leuth/ die von vns als Römischen Kayser/ vnd dem Heiligen Reich zu Lehen rüren/ fallen/ kommen/ vnd ihnen zustehen sollen/ Sie auch der selben Lehen durch ihre Träger zu empfangen tauglich vnd geschickt sein/ vnd inen/ vnd ihren Ehelichen Manlichen Leibs Erben von vns vñ vnsern Nachkommen am Reiche, zu Lehen verliehen werden sollen/ Also haben wir angesehen/ die manigfaltige getrewe/ vnuertrössene vnd williglich angenehme dienst, die der bemelt vnser Schwager Herzog Wilhelm vnd seine Voreitern vnsern vorfahren/ am Reich vnd vns so oft vñ dück gethan haben/ vñ Sein Lieb vns/ noch täglich thuet/ vnd furbaß zuthun sich erbeuth auch woll thun kan vnd mag/ vnd auch von wegen der sonderbaren gnaden/ die wir zu Ime/ vnd bemelten vnser Nuemen/ seiner Lieb Gemahel tragen vnd haben/ Darumb mit wollbedachten muht/ gutem statlichem rhat vnd mit rechtem wissen/ dem obbemelten vnserm Schwager/ Herzog Wilhelmen/ vnd seinen Ehelichen Leibs Erben/ vnd ime mit gedachter vnser Nuemen/ Königin Maria Ehelich erworben/ diese besondere Guad vnd Freyheit gegeben vnd verliehen/ Wir geben vnd verleihen auch ihnen dieselben von Römischer Kayserlicher macht vollkommenheit/ wissentlich in krafft dis; Brieffs/ Also wann es sich füge würde/ daß gedachter Herzog Wilhelm/ mit obgedachter Seiner Lieb Gemahl/ vnser Nuemen/ keinen Ehelichen Manlichen Leibs Erben vberkeme/ oder gleichwoll Manliche Leibs Erben mit ihrer Lieb erwürbe/ die aber nachgehends vber kurz oder lang ohne Eheliche Manliche Leibs Erben abgiengen/ daß alsdan/ so kein Manlicher Ehelicher Leibs Erb/ von sein Herzog Wilhelms Lieb erboren/ mehr vorhanden ist/ obgenante seiner Lieb Fürstenthumb/ Landt vnd leuth/ die von vns als Römischen Kayser/ vnd dem Heiligen Reich zu Lehen rüren/ anff sein Herzog Wilhelms Eheliche Töchtern/ mit gedachter seiner Gemahel Königin Maria/ vnser lieben Nuemen/ Ehelich erworben/ oder wo derselben keine dazumahl im leben were/ vnd aber von einer oder mehr Ehelich geborn Leibs Erben vorhanden weren/ alsdann auff dieselben seiner Lieb Töchtern nach gelassene Eheliche Manliche Leibs Erben/ so derselben zeit im leben sein/ fallen/ kommen/ vnd ihnen folgen vnd zustehen sollen/ vnd in solchem fall ihnen vnd ihren Ehelichen Manlichen Leibs Erben/ wo sie deren einig hinder ihnen verlassen/ von vns oder vnsern nachkommen am Reich zu Lehen gnediglich verliehen werden sollen. Quibus Verbis Filias VVilhelmi Ducis, casu quo filius amplius non extaret, ad successionem vocari, quid esse posset clarius?

160. Vbi sane verbo, dazumahl/ ad superstitem eo casu, quo vltimus de familia Iuliacensi moreretur, deuolui, luculentius exprimere non potuisset, atqui Serenissima Anna casu, quo Ioannes Guilielmus de familia vltimus decederet, superstes, & quidem natu maxima erat, ergo, ea etiam ad eiusdem successionem admittenda est, eo quod longa annorum serie obseruatum fuerit, natu maximum filium, in hisce Ducatibus successisse.

161. Sed & Eam Solam admittendā, tum dicta immemorialis obseruatio, tum ante annos. 133. inter Guilielmum Seniore[m] Iuliæ & Ioannem Cliuix, Duces initū, & à Ferdinando I. nec non Maximiliano II. confirmatū Pactū, & Priuilegium Vnionis conuincit, quibus statuitur, & confirmatur, vt hi tres Ducatus Iuliacensis, Cliuensis, & Montensis, æternis temporibus, quādiu ex

diu ex Guilielmo descendentes supererint, coniuncti maneant, eos autem, si
 plures successores admitterentur, diuidi debere, cuique obuium est, & in-
 fra declarabitur: sunt autē verba priuilegij hæc **W**ir Ferdinand von Gottes
 Gnade erwölter Römischer Kayser. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff/das vns
 der Hochgeborn Wilhelm/ Herzog zu Sulich. Cleue vnd Berg ic. Graue zu der
 Marck/vñ Rauensberg/ Herz zu Rauenstein/ic. vndertheniglich zuerkennen geben/
 welcher massen einmütiglich verglichen vnd vertragen/ das jetztgemelte Fürstent-
 thumb vñ Lande/ zu den ewigen tagen beyeinander vnirt/ vnd verbleiben sollen/vns
 demütiglich angesucht vnd gebetten/das wir solchen anffgerichtem Vertrag/ Union/
 vnd bewilligung obgenandter **S. L.** Fürstenthumb vnd Lande/ auß Kayserlicher
 macht zu confirmiren/ zu bekräftigen/ vnd zu bestetren/gnediglich geruhenen/ Desz ha-
 ben wir mit wolbedachtem muth/gutem zeitigem Rath/vnd rechtem wissen/ berür-
 ten gemachten Vertrag/ Union vnd bewilligung/gnediglich Confirmirt/ bekräftigt
 vnd bestetret/ Confirmirt/ bekräftigen/ vnd bestetren dieselben auch von Römischer
 Kayserlicher macht/ vollkommenheit/ hiemit wissentlich in krafft diß Brieffs/ vnd
 maynen/ sehen/ vnd wollen/das obbestimpte **S. L.** Fürstenthumb vñ Lande Sulich/
 Cleue/ Berg/ Marck/ vnd Rauensberg/ so lang die Succession **S. L.** Erben/ von
 ihrer Posteritet/in absteigender Linien wehren/vnd vorhanden sein würdet/zusamen
 vnirt vñ genglich beyeinander vngesondert/vñ vnzertrent bleiben sollen vnd mögen/
*Accedunt quæ de Iure Feudali generalia, Diuisionem Feudorum Regno-
 rum, Marchionatum, Ducatum, prohibentia circumferuntur per textum
 apertum in cap. Imperialem. §. praterea, Ducatus. Marchia. tit. de prohibita feu-
 di alienat. per Frider. & ibi D D. omnes Beluso. Isernia. Bald. Laudens. Aluar-
 ott. Proposit. Rauenna. Afflict. Rosenthal. c. 9. memb. 1. conclus. 76. n. 9. quæ sanè
 Regula, à nullo Iuris Feudalis interprete negatur, hac tamen limitatione
 nisi Dominus contentiat. Andr. de Isern. in c. 1. in fin. pr. n. 4. de Feud. Marchia.
 & in. d. c. Imperialem. n. 37. Afflict. ibid. in pr. 8. arg. cap. 1. de prohib. feudi alie-
 nat. per Lotharium. c. 1. de prohib. feudi alienat. per Frider. c. 1. §. si quis miles.
 de feudo sine culpâ non amit.* quò igitur minùs diuidi poterunt huiusmodi
 Feuda, vbi non modo diuisionem nullam concedit, sed expresso etiam Pri-
 uilegio, prohibitam pacto diuisionem, confirmat, & magis prohibet. Ea
 quæ obstare videntur, inferiùs cum cæteris in contrarium adducendis, re-
 mouebo.

162. Quibus infallibiliter consequitur, casu quo Sèrenitatis suæ Domi-
 na Mater Naturæ debitum (quod DEVS diu auertat) persolutura est, Se-
 renitatē Suam, præ reliquis omnibus, apparens Ius quoddam prætenden-
 tibus, ad hos Ducatus omni Iure Solam admittendam esse, Ne tamen qui-
 busdam, quod dicitur, Moyses coram Aristotele, multa dixisse, pauca pro-
 basse videar, hiisce, opinione mea concludentibus Rationibus, id ipsum de-
 monstro.

163. Præterquàm enim, quòd Filius Matri succedat, Iure communi Ci-
 uili. Nou. 118. c. 1. auth, in success. Cod. de suis & legitim. Schneid. ad tit. In-
 stit. de heredit. ab intestato & c. de primo ordine succedendi. n. 2. quod indubi-
 ratum

tatum est; Accedit etiã Ius Primogenituræ, quo à tot retro annis in harum Regionum successione sine controuersia Solus semper primogenitus aut primogenita succedit; atqui ad Ius primogenituræ transmittendum, *sup. thesi. 26. & multis seqq.* delatæ hæreditatis tempora existentiam primogeniti aut eo tempore secundo geniti necessariam esse probaui, quod certè in Serenitatis suæ Domina Matre accidit, quæ temporæ delatæ hæreditatis sola natu maxima existeret. ergò ea indubitanter ad Serenitatem Suam Ius hoc primogenij transmittet. Videantur theses *sup. citat. c. 2.*

164. Quid, quòd Iuris Feudalis expressis textibus cautum est, per masculum in Feudis foeminam excludi *c. 1. de eo, qui sibi vel hæredibus. in V. sib. Feudor. ibi.* Non enim patet locus foeminæ, in feudi successione, Donec masculus superest, *Rosenth. c. 7. concl. 41. n. 21 Interpp. Iuris Feudal. vno orz.* cum autem Serenitas Sua priorem se masculum nullum habeat, quid igitur eam ab hac successione remouebit?

165. At ne generalibus duntaxat detinear, quid in Carolino Priuilegio dici, & caueri potuisset expressius? quàm Serenitatem Suam eo ipso ad harum Regionum successionem vocatam, Eidemque ex pacto & prouidentia Ius inuiolabile quæsitum, esse, quo Carolus Imperator in dicto priuilegio de Anno 1546. clarissimis Verbis, ex plenitudine potestatis, clementissimè concedit, si contingeret, Ducem Guilielmum, Serenitatis Suæ Auum Maternum, sine hæredibus masculis, decedere, aut filios quidem relinquere, qui tamen (siue breui siue longo post tempore) absque masculis morerentur, vt Filia eiusdem, casu, quo nullus de Familia Ducum Iuliacensium superesset, has Regiones acquirant &, si tum temporis Filia nullæ existerent hæredes tamen ex se relinquerent, Earum Hæredes Masculi eo tempore in viuis existentes admittantur. vt in *sup. citatis Verbis Priuilegij* videre est. *ibi Wir geben verleihen Ihnen/ dieselbe von Römischer Keyserl. Macht / vollkommenheit / wesentlich in Krafft diß Brieffs / also wann es sich füegen wurde / daß gedachter Hertzog Wilhelm / mit obgedachter S. L. Gemahel / vnser Nuemem keinen Ehe-lichen Mannlichen Leibs Erben mit Ihrer Lieb erwürbe / die aber nachgehends vber kurz / oder lang / ohne Eheliche Mannliche Leibs Erben abgürngen / daß alsdann / so kein Ehelicher Mannlicher Leibs Erbe / von S. Hertzog Wilhelms Leib erboren mehr vorhanden ist / obangeregte S. L. Fürstenthumb / Landt / vnd Leuth / die von vns als Röm. Kayser / vnd dem H. Reich zu lehen rühren / auff Sein Hertzog Wilhelms Eheliche Töchter / mit gedachter Seiner Gemahl / Königin Maria vnser lieben Nuemen Ehelich erworben / oder wo derselben keine dazumahl im lebē were / vnd aber von einer oder mehr / ehelich geborne Leibs Erben vorhanden weren / Als dann auff dieselbe S. L. Töchtern nachgelassene Eheliche Mannliche Leibs Erben so derselben zeit im leben sein / fallen / kommen vnd ihnen folgen vnd zustehen sol- gen vnd in solchem fall ihnen vnd ihren Ehelichen Mannlichen Leibs Erben / wo sie deren einig hinder ihnen verlassen / von vns / oder vnsern nachkommen am Reich zu lehen gnediglich verlichen werden sollen &c.* quod ipsum Imperator Maximilianus non potuisset clarius & expressius confirmare, in suo priuilegio de
anno

anno 1508. dum breuiter ibi ait. Wir Maximilian Erwölterbon Gottes Gna-
den Römischer Kayser zc. Bekennen Als der hochgeborne Wilhelm Herzog zu Säch-
lich vnd Berg zc. noch keinen Männlichen Leibs Erben hatt/das wir in krafft diß
Brieffs Meynen vñ wollen/wenn vñ so bald der Ehegenante vnser Lieber Oheim
vnd Fürst zc. mit todt abgehn wurde zc. daß alsdan die vorgemelte Herzogthumb zc.
auff die obgemelte Maria sein gelassene Tochter/oder ob die mit todt vergienge/ vnd
S. Lieb ein andere Tochter vbertommen würde/ auff jedwedere Eheliche Mann-
liche Leibs Erben fallen sollen zc.

166. Cum igitur Serenitas Sua ex Secundogenita delata tamen hæredi-
tatis tempore natu Maxima, & adhuc quidem superstitite Ducis Guilielmi
Filia, proximus Masculus & Primogenitus existat, quo Ea Iure ab hac suc-
cessione remouenda fit, non apparet.

167. Verum enim uerò, vt contraria iuxta se posita, & Rei, tam Veritas
quàm Aequitas magis elucescant: potissima quæ scio, & Serenitati Suæ ob-
stare videntur, quæque prima fronte valde plausibilia apparent, quorum-
uis quippiam prætendentium fundamenta subijciam, & pro animi Viribus
reijciam.

168. Et quidem I.º Inuictissimum Imperatorem Ferdinandum II. um
Sacri Rom. Imperij, pro tempore, Augustissimum, quasi, ex communi Iuris
Feudalis interpretum opinione, per Masculos Carolum Fridericum, & Io-
anné Guilielmú, semel exclusis, perpetuoq; exclusis manentibus Ducis Gu-
ilielmi Filiabus, Romano Imperio Feudum hoc apertú fuerit, prætere
posse, apparet: Cæterum tantum abest Feuda hæc Imperio aperta esse, vt
ex ipsis Caroli & Maximiliani priuilegiorum Verbis contrarium potius
& certius deduci queat. Præterquàm enim quod *sup. thesi. 97. c. 3. ex Hartm
Pist. q. lib. 2. p. 2. q. 35. n. 15.* dicta sententia, tanquàm æquitati, mentiq; contra-
hētū aduersa reprobata est; accedit, quòd in sæpe dictis Priuilegijs expres-
sè nõ semel caueatur, vt etiam eo casu, quo masculi quidem exstituri sunt,
qui tamen siue breui siue longo post tempore sine hæredibus masculis
more entur filia succedant, sic namque sonant sæpe dicta Verba. Die aber/
vber kurz oder lang/ohne Eheliche Männliche Leibs Erben abgiengen. quibus
sanè verbis Guilielmi Ducis Filiabus, Earumque Masculis, præclarius, me-
lius, & expressius prospici, atque huic Iuris Feudalis quæstioni, & omni,
de ea Doctorum altercationi, via, clariori decisione, præcidi, non po-
tuisset.

169. Quo in Iuris puncto, tam ex æquitate, quàm verbis Priuilegiorum
eliso, Serenissimus Elector & Principes Saxonix Ius suum neutiquam fun-
dare possunt, sed ad toties, à multis retro Imperatoribus repetitas Promif-
siones, de apparenti inuestitura factas, confugere debent: quæ sanè omnes,
si penitius inspiciantur, ponderentur, aliud nihil quàm verba, & promif-
siones, nec vllum ius reale, aut vtile Dominium, & has ipsas promissiones
quidem, eò demùm casu, quo feudum hoc Imperio apertum fuerit, Vim

F

suam

suam habituras, comprehendere, deprehendetur. Sic namque Imperator Fridericus Alberto Saxoniae Duci. 26. Iunij an. 1483. promittit. Wir Friderich ꝛc. Bekennen ꝛc. das wir dem Hochgebornen Albrechten Herzogen zu Saxonen ꝛc. den Anfall der Herzogthumb Sulich ꝛc. wann die ꝛc. Ledig werden / gegeben vnd geliehen haben ꝛc. item Geben ꝛc. den genandten Herzog ꝛc. wann die ledig werden. *Pari Ratione Imper. Maximilianus. in Fallazin. 10. Sept. an. 1486. his in Priuilegio Confirmatorio vt tur Verbis. Wir Maximilian ꝛc. thun kundt ꝛc. nach dem ꝛc. Friderich Römischer Kayser ꝛc. dem Hochgebornen Albrechten Herzogen zu Saxonen ꝛc. den Anfall an dem Herzogthumb ꝛc. gnediglich verlihen ꝛc. So bekennen wir ꝛc. das wir ꝛc. die Leihung des Anfalls der Herzogthumb zugelassen. quibus verbis clarè patet, non nisi postquam feudum apertum Imperio fuerit, Saxoniae Serenissimum Electorem, Vi horum Verborū, Promsioni pondus addendum, petere posse, *tex. apertus in cap. Moribus. Si de feudo defuncti contentio sit inter Dominum, & agnatos Vasalli. Hartm. Pistoris. q. lib. 2. q. 30. n. 5. & 6. Rosenth. c. 12. concl. 11. n. 7. & c. 6. concl. 5. n. 3. & c. 4. concl. 9. n. 1.* cum namque Feudum Imperio, propter habilitatas ad successionem eius Foeminas, Eorumque masculos, apertum nondum sit tanquam nondum existente conditione, exactionem suspensam esse, vulgata Iuris communis axiomata comprobant. & d. cap. moribus. vbi gloss. & Doctores.*

170. Nec refragatur. primò quòd Maximilianus Imperator, in dicto suo Priuilegio, paulò inf. hisce formalibus verwilligen / lassen zu / vnd ver schreiben / daß so die genandte Herzogthumb ꝛc. Mangels halben rechter Männlicher Leibs Lehens Erben / verlediget ꝛc. innuere videatur, quasi eo casu, quo vltimus de familia moreretur, conditio extitura & promissioni locus futurus sit, & quod hinc consequens est, cum casus hic iam, pro dolor, existat, conditionem impletam esse appareat, primo namque de vltimo Masculo. Familiae Iuliacensis von dem letzten des Nahmens vnd Stammens nec verbo meminit; deinde generaliter dicit, si defint masculi, ne utiquam tamè distinguit, vtrum ex masculo, vel Foeminâ nati deesse debeant Masculi, quare nec nos distinguere, & casum nec dum existere, cum saltem ex foeminis ad Feudum habilitatis Masculus supersit, concedere debemus.

171. Non obstat Imperatores in suis concessionibus, Priuilegijs, Diplomatis, Scriptis Epistolis &c. non raro vti Verbo Dare, Geben / quo Dominium in Saxoniae Duces transiisse videri possit: ex eo siquidem quod duo in solidum Vtiles Domini eiusdem Rei esse nequeunt, luculenter satis apparet, Vim & efficaciam horum Verborum, in casum quo apertum fuerit Feudum, differri debere, qui casus iuxta *d. 1. h. super.* nec dum existit: Ea igitur huius Verbi Dare vis erit, vt iuxta. *L. stipulatus sum Damam 105. ff. de V. Ob.* significat casu quo apertum fuerit Feudum Dare vel e; & expectandam esse huius conditionis effectum, tam ratio suadet, quàm expressus Iuris *tex. sup. cit. cap. moribus* iubet. *Rosenth. d. e. 4. & 9. per cap. 1. qui successores feudum da-*

*dum daretur. 3. lib. 1. qui successores teneantur. c. 1. S. fin. de Feudato. in uicem.
L. comiss.*

172. Instabis quisquis Serenissimæ Domus Saxonix partes defendere conaris, Filias Ducis Guilielmi iu præiudicium Ducum Saxonix contra Eorundem priuilegia ad Feudi successione[m] habilitari, & Iuri Domui Saxonix quæsito, per posteria derogari non potuisse. Attamen Rebus sincere, benèq; perspectis, apparere luculenter arbitror, Priora Ser. ma Domus Saxonix Priuilegia non tam sublata, quam per posteriora Serenissimi Ducis Guilielmi, declarata esse: dum enim Priuilegia Saxonica Verbis vtuntur generalibus, & Promissionem faciunt, *Deß Anfalls / item So die Lehen mangelt halben Recht ter Männlicher Leibs-Lebens Erben verlediget* sicque nec inter masculos ex foeminâ vel masculo descendentes distinguunt, hæc posteriora Iuliacensia declarant quonam casu hoc Feudum apertû esse dicatur, cum scilicet neque ex foeminâ amplius Masculi supererunt, quod, quominus, Carolus & Maximilianus Imp. ex plenitudine potestatis, ob insignia Romano Imperio, à Guilielmo Duce exhibita seruita, potuerint, nihil vetare autumo.

173. Cæterum nec pacta etiam Dotalia inter Ioannem Saxonix &c. & Ioannē Cliuia &c. Duces, de dato Mainz 8. Augusti, anno 1526. in. ita, quidquam Saxonix Ducibus suffragari queunt, quibus taliter conuentum est.

Fürder ist abgeredt / bewilliget vnd beschlossen / ob Wir Herzog Johans vnd Maria / Herzogen zu Cleue vnd Gülich / keine Männliche Erben hinter vns verlassen würden / die fürder keine Erben verliessen / alsdann sollen unsere Fürstenthumben / Cleue / Gülich / Berge / die Graffschafften von der Marck / vnd Ravensperg / sampt allen Gütern / ein vnd zugehörungen an vnd zufallen / Gerechtigkeiten vnd was Wir oder unser Männliche Erben hinter vns verlassen würden / niches außgeschlossen / mit Landen vnd Leuten / wie Wir oder unsere Männliche Erben das gebraucht / oder hetten gebrauchen mögen / an gedachte unsere Elteste Tochter / Fräulein Sybilla / Herzog Johan Friederichen / Ihrer Lieb Gemahls / vnd ihrer beyder Lieben Erben / ob sie die miteinander zeugen würden / kommen vnd geerbet seyn / der sich den die Landschafft halten sollen. Vt enim de Nouatione, qua, alij prioribus Iuribus per hanc Dotalem conuentionem derogatum esse contendit taceã, apertè, satis apparet, prænominatos Ducatus ad Ioannis Friderici ex Sybilla Cliuensi hæredes nõ nisi sub hac cõditione deuoluẽdos declarari, Si Ioannem Cliuensem, sine Masculis, qui nullos deinde post se Masculos relinquerent, decedere contingeret, Quare cum dicta conditio non extiterit, sed Ioannes Cliuensis, Guilielmum Iuliacensem exq; eo Carolum Fridericum, & Ioannem Guilielmum Nepotes post se reliquerit, ideo etiam nec obligationẽ multo minus actionem aut exactionẽ producere poterit. *arg. L. condit. 54. L. cedere Diem. 213. & ibid. DD. ff. de V. S.*

174. Tandem Serenissimam Annam, Borussia Principem, Mariae Eleonora Guilielmi Ducis Primogenitae, Primogenitam, quae Ratione ab horum Ducatum successione exclusam esse dicam! Equidem primo Eam Vi Juris primogeniturae non admitti argumento sunt ea quae capite e. thesi. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. dixi quibus me demonstrasse puto Ius primogeniturae ante radicationem eiusdem transmissibile non esse, cui confertur, cum, praedictae Principis Domina Mater Maria Eleonora, D. ni Fratris sui Ioannis Guilielmi mortem non viderit, sicque Ius primogeniturae in eadem radicatum non fuerit, id ipsum ad hanc suam Primogenitam Annam transmittere non potuisse.

175. Sed & secundo Eam Vi Priuilegiorum non modo non vocari, sed existente ex filia masculo expressè remoueri, faciunt ea quae thesi. 99. nec non 101. cap. 3. à me relata, atque Iure Feudali probata sunt; enimuerò praeterquam quod Iuris Feudalis indubitatum Axioma est, Foeminas tamdiu non admitti, quandiu, vel, Donec, Masculus superest, accedit, nostro in casu, Masculos ex Foeminis descèdentes, praefoeminis expressissimè vocari, quod luculentius saepe dicta verba Priuilegiorum Caroli, & Maximiliani Imp. demonstrare non possent. ibi. Wann es sich gefügte / daß Er (scilicet Guilielmus Iuliae Dux) bey vnd mit gemelter seiner Gemahl vnser Ruhmen in wehrender Ehe / nicht Söhne sondern allein Töchter vberkäme oder gleichwol Söhne vberkäme die aber vor den Töchtern oder der selbè ehelichen Leibserben / ohne eheliche Mannliche Leibserben Todts halb abgiengen / daß alsdann auff die Töchtern / so von Ihme / vnd gedachter vnser Ruhmen / seiner Gemahlin ehelich geborn alle vñ jede S. L. Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Land vnd Leuth die von Uns als Röm. Keysern / vnd dem H. Reich zu Lehen rühren / fallen / kommen / vnd ihnen zustehen sollen / Sie auch der selben Lehen / durch ihre Träger zu empfangen tauglich vnd geschickt seyn / vnd Ihren ehelichen Mannlichen Leibserben / von Uns / vnd vnsern nachkommen / am Reich zu Lehen verliehen werden sollen. Also wann es sich fügen wurde / daß gedachter Herzog Wilhelm / mit obgedachter S. L. Gemahl vnser Ruemen keinen ehelichen Mannlichen Leibserben / mit Ih. L. erwurbe / die aber nachgehends vber kurz oder lang ohne ehliche Mannliche Leibserben abgiengen / daß alsdann / so kein Mannlicher / Ehelicher Leibserbe / von S. Herzog Wilhelms Leib erbore / mehr vorhanden ist / obangeregte S. L. Fürstenthumb / Land vnd Leuth / die von Uns als Röm. Keyser / vnd dem H. Reich zu Lehen rühren / auff sein Herzog Wilhelms eheliche Töchter / mit gedachter seiner Gemahl Königin Maria / vnser lieben Ruhmen / ehelich erworben / oder wo der selben dazumal keine im leben were / vnd aber vñ einer oder mehr ehlich geborne Leibserben vorhanden weren / Als dann auff dieselben S. L. Töchtern nachgelassene

fene eheliche Mannliche Leibserben / so derselben zeit im leben seyn / fallen
kommen / vnd ihnen folgen / vnd zustehen sollen / vnd in solchem fall / Ihnen /
vnd Ihren ehelichen Mannlichen Leibserben / wo sie deren einige hinder ih-
nen verlassen / von vns oder vnsern Nachkommen am Reich zu Lehen gnä-
diglich verliehen werden sollen / quibus Carolus primo innuit deficienti-
bus de familiâ Masculis seu Ducis Guilielmi Filijs, Filias ad Feuda horû
Ducatuû capienda, habilitatas, & eâ quidem quæ tû tēporis, dazumahl
natu maxima in viuis exitura erit, Solam ex Priuilegio scilicet Vnionis, &
immemoriali obseruantia, admittendam, Deinde, si Filiarû nullam (tunc
temporis extare) contingeret, earundem (Filijs Masculos) tunc temporis
existētes in his Feudis successuros, de Filiarû autē Filiabus, nec verbo mē-
tionē facit, vnde quo pacto hæc aut alia Priuilegiorû Verba, pro Serenif-
sima Anna Bonisiæ Principe facere queât nullatenus video: maximè quod
Maximilianus Imperator cūcta fere verba Caroli Imp. repetitas & Caro-
linum Priuilegium in omnibus Clausulis Punctis & contentis confirmet.

176. Quid autē de Pactis Dotalibus Borussicis? quibus inter Guilielmû
Iuliæ Ducem, & Albertum Brandenburgicum conuentum, vt, si Guilielmû
sine Masculis decedere contingeret, Alberti Brandenburgici ex Maria Eleo-
nora Ducis Iuliæ Filia prognatis hæredibus, horû Ducatum successio de-
feratur & quidem ea Serenissimæ Principi Annæ Borussicæ nequaquam
suffragari opinor: eo quod conditio (si Guilielmus sine masculo decede-
ret) non extiterit, nec Serenissimæ Annæ Domina Mater Maria Eleonora
Fratri suo ad se deuoluēdæ hæreditatis tempore superstes fuerit; con-
ditionem autem non existentem, actionem nullam parere, aperti Iuris, &
Ius primogenij non radicatum non transmitti, sup. citt. thes. probatum
est; Nec facit, quod verba in Pactis Borussicis generaliora quoad hæredes
Mariæ Eleonoræ appareant; ea namque secundum præcedentia Priuilegia
regulanda & intelligenda sunt; quoniam Iuri Masculorum quæsito detra-
here nullatenus potuerunt?

177. Renunciationem à Parte Serenissimæ Marchionis Brandenburgici
Ser.^{ma} Annam Comitum Palat. præstandam, exactam quod attinet pro-
missionem certe de renunciando, à Ser.^{ma} Anna, factam Renunciationi nõ
æquiualeat *thesi*. 67. c. 3. dictum est; maximè quod hæc Promissio, non
præuia certioratione Iurium & Priuilegiorum facta, indeque postmodum,
cum solenni protestatione, nec intempestiuè, nec immerito, ob contingē-
tem ex post facto, de Cæsareo Priuilegio, quo Filia, & earû hæredes Mas-
culi, ad hos Ducatus habilitarentur scientiâ, reuocata fuerit. Vnde quid
vltius Partes Brandenburgicas tueri queat, restat nihil.

1-8. Vt autem nihil non attingam, quid reliquas Ducis Guilielmi Filias
ab hac Iuliacensi successione remouere proponā? Et verò, tam inuetera-
tam harum Iuliacensium Successionum, & à plusquam centum retro an-

nis obseruatam consuetudinem, qua vnus & solus Primogenitus successit, tum supra memoratum Ferdinandi Imp. de anno 1519. concessum Vnionis Priuilegium, quo hi Ducatus perpetuo vniti declarantur, hasce competitorices arcere manifestum est. Videatur thesis 149.

180. Non mouet in contrarium quod quidam typis vulgavit de an. 1609. posse scilicet iuxta Priuilegium Vnionis hos Ducatus vnitos manere et si fructus diuidantur. quippè cùm huiusmodi Vnionum προκαταρτυτικη Cau-
sa sit, possessoris Vnitarum Prouinciarum splendor & amplitudo, nec non Romano Imperio seruitia præstandi commoditas, si fructus inter plures ex æquo diuidi deberent, (maximè cùm de nudis Regionibus neutiquam, sed de fructibus, ac prouentibus viuatur, & Imperio seruitia præstentur) scopum præfixum nullatenus attingi quis non videt? vnde nec hæ Serenissimi Ducis Guilielmi Filia, nec Earundem hæredes ad harum Regionum successionem ius vllum cum fundamento poterunt prætere. Et certè possent hæc dicta, de facili longè pluribus deduci atq; fundari æquissimis Iuris Rationibus, verū quia hæc fusiùs publicæ disputationi inserere, mearum partium non esse arbitratus sum, in his, quæ præmissis successionis Anomalæ speciebus necessario consequentia, in Epitomen coegi, subsisto.

181. Atquè sic tandem Serenissime Princeps, ex omnibus quæ ante annos omnino viginti, typis publicè hinc inde vulgata sunt, quorumuis ad horum Ducatum successionem ius quoddam prætendentium Fundamentis ac Priuilegijs, Iurisque tum Ciuilis, tum Feudalis Rationibus quantum temporis angustia pateretur, pro animi Viribus, diu multumque perpensis, Serenitatem Suam, præreliquis omnibus Solam, & Vnicam omni penitènti Iure, ad hanc successionem Iuliacensem admittendam, atque in sua minimè vitiosa, nec vi, nec clam, nec precariò acquisita, & per 20 annorum tempus continuata possessione, sine omni turbatione relinquendam esse (de cuiusuis tamen Iure Honore, meliusque sentientis Iudicio solenniter protestans) concludo, vnaque Serenitati Suæ, Dissertationem hanc meam, meque ipsum humilimè subijcio.


Ad Maiorem Præpotentis Triadis, Magnæ, & ter Admirabilis Matris MARIAE Virginis, Cæterorumque Vniuersæ Cælestis Curia Ciuium Gloriam & Honorem.

F I N I S

PRAESTANTISSIMO AC DOCTISSIMO
DOMINO,


M. WOLFGANGO MICHAELI
Silbermann / L. V. STUDIOSO, PRAEFECTO
suo amantissimo, de Successione Anomala, &
Iuliacensi differenti, lubens me-
rito accinuit.

IOANNES LODOVICVS L. BARO IN GRAFENEGG,
Dominus in Eglingen & Osterhouen, &c.

 *Visquis es aeterno casum Phaetontis in Auro,
Et tot, qui poterat sculperet, Solis Equos.
Quique opus Iliadum Graeci, nuce claudere, Vatis,
Doctus eras, vestrum nunc sileatis opus.*

*Rarius est quiddam, succinctâ posse pagellâ
De tot Magnorum, scribere, Iure, Ducum
Et tamen hoc praestas, aequissima Mecanatis
Spartano saluans Robore, Iura Tui.
At, quid sic defensa feret Successio? dicam:
Succedet scriptis gloria Magna tuis.*

*Eidem honoris & inita familiaritatis
ergo.*

 *I sua belligeris Ducibus Mars proemia reddit,
Quæ fuso referant hoste trophæa Domum.
Cur non signa feret, melioraque præmia, qui post
Susceptæ Astrææ prælia Victor ouat?
Ergo Ingolstadium tua cum certamina norit,
Horum Agrippinas clara trophæa videt.
Scilicet, vt quatuor te annis Astræa sodalem
Detinuit, sic nunc cedere parta iubet,*

Vbius

Vbius applaudit, grataque reuoluere mente
Quod promissum specimen iuraque tanta petunt
Non opus exiguum: *Successio anomala qua sit,*
Qui dotalitij condere iura queant
Atque hinc progrediens queis *paetis Vnio Constet*
Magnatum soboles quæ celebrare solet.
Saxone, Brandurgo exclusis, Neorburgicum, in oras
Iuliaci, Cluiæ, &c. cedere iure doces
Ipede felici quo te vocat inclyta Virtus
Conatum tristis nulla moretur hyems.
Tandem mentis opum lætum successibus auctum
Oris Te patrijs reddat IovA precor.


L. M. accinebat,


*Gerardus Mencke VVestphalus,
I. V. Studiosus.*

X 2874408

94 A 7386

VD 17





B.I.G.

Farbkarte #13



34.

IDICA,
 ONIBVS
 S,
 CIPIS
 I L I E L M I
 NI, BAVARIAE,
 . hereditaria Suc-
 rnementia Iura
 ens,
 er admirabili Matre
 Curia Ciuibus
 IO
 rorum ac DD.
 , V. I. Doctoris, &
 LL. Licentiati,
 & Fisci.
 atum Acroasi, publico
 proposuit
 n/Neoburgico Pala-
 ster & I. V. Stud.
 Kal. Nouemb. An. 1629.
 PPINÆ,
 ope Augustinianos.

